





NVM EXSPECTATIVA IN FEVDA IMPERII  
IVS TITVLORVM ATQVE INSIGNIVM  
TRIBVAT?

509

1750, 1<sup>b</sup>

AB

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPЕ AC DOMINO  
**DOMINO GUILIELMO V.**  
PRINCIPЕ ARAVSIONensi ATQVE  
NASSAVICO HEREDITARIO, RELIQA.

PRAESIDE  
**DIETER. CHRISTOPH. IHRINGK,**  
IVR. DOCT. ET PROF. ORD.  
PVBICE DISQVIRIT  
**IOANNES LAMBERTVS LAMERS,**  
VESALIA CLIVENSIS.



AD D. VI. M. AVGUSTI A. R. S. ccccL.

HERBORNAE, EX OFFICINA REGELINIANA.

IN LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF LEEDS LIBRARIES  
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF LEEDS LIBRARIES

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF LEEDS LIBRARIES  
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF LEEDS LIBRARIES

DOMINI GALLIOMA.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF LEEDS LIBRARIES

SERENISSIMO ET CELSISIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,

D O M I N O  
GVILIELMO CAROLO  
HENRICO FRISONI,

PRINCIPI ARAVSIONENSI ET NAS-  
SAVICO, COMITI CATTIMELIBOCI,  
VIANDAE, DECIAE, SPIGELBERGAE, BV-  
RAE ET LEERDAMI, MARCHIONI CAMPO-  
VERIAE ET FLISSINGAE, DOMINO ET BA-  
RONI BREDAE, BEILSTENII, GRAVAE ET  
AGRORVM CVCIAE, ISSELSTENII, CRA-  
NENDONCAE, EINDHOVI ET LISFELDIAE,  
DOMINO BREDEVORTII, TVRNHVTII,  
MONTIS S. GERTRUDIS GVILIEMOSTADII,  
CLVNDERTII, AGGERIS S. MARTINI, SE-  
VENBERGAE, STENOBERGAE, SVPERIORIS  
INFERIORISQUE SVALWAE, NALTVICI,  
GRIMBERGAE, HERISTALLI, ARLACI, NO-  
SEROCI, S. VITI, BVTGENBACI, DASBVR-  
GI ET VARNETONI, DOMINO INSVLAE A-  
MELANDICAE, BVRGGRAVIO HEREDITARIO  
ANTWERPIAE ET VESVNTII, MARESCHALLO  
HEREDITARIO HOLLANDIAE,

X 2

GV.

GVBERNATORI SVPREMO HERE-  
DITARIO, CAPITANEO ET AMI-  
RALIO GENERALI FOEDERATAE REI  
PUBLICAЕ BELGICAE, EQVITI  
CAERVLEAE PERISCELIDIS,  
RELIQVA.

PRINCIPI AC DOMINO  
LONGE CLEMENTISSIMO.

SERE-

SERENISSIME AC CELSISSIME  
PRINCEPS

DOMINE LONGE CLEMEN-  
TISSIME

**Q**uamquam, quae res ipsa,  
tot tantisque operum im-  
mortalium monumentis  
comprobata, quotidie lo-  
quitur, quanta SERENISSIME PRIN-  
CEPS rerum gerendarum distingaris  
mole, quantaque animi magnitudi-  
ne & diuina prope sapientia quam

(3)

PRO-

PROVINCIARVM TVARVM tum  
TOTIVS FOEDERATAE REIPVBLI-  
CAE BELGICAE felicitati dies no-  
ctesque consulas , nec me quoque  
latere possint , atque ideo temerita-  
tis notam merito incurrere videar ,  
quod specimen hoc academicum ,  
NOMINI TVO CELSISSIMO con-  
secratum , demississime offerre aude-  
am : attamen , quum musarum prae-  
sidium a reipublicae rationibus haut-  
quaquam seiungendum existimes , sed  
singulari plane & munificentissimo  
fauore easdem tueri soleas ; non sanc-  
vereor , ne non clementissime patia-  
ris , vt oculis TVIS has qualescumque  
plagellas cultu obsequiosissimo subii-  
ciam . TIBI debentur , CELSISSIME  
PRINCEPS , tamquam fructus , quos al-  
ma TVA protulit ACADEMIA HER-  
BOR-

BORNENSIS, cuius commodis promouendis in curis TVIS grauissimis tantum impendes temporis, cui voluntatem in scientias augendaque earum incrementa maxime propitiam ipsis rerum argumentis benignissime facis testatam. TIBI has studiorum meorum primitias sacras esse iubet iam dudum concepta pietas, a maioribus, Nassauiam natale solum venerantibus, in me quoque deriuata, quae sibi nullo modo imperare potest, quin animi devotissimi fideique sempiternae publicum exhibeat testimonium. Dignare SERENISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS pro immensa TVA in litteras propensione has quoque schedas ea fronte, qua, quidquid ex pietate proficiscitur, accipere consueuisti. Summum, quod omnia moderatur, Numen

men ardentissimis precibus supplex  
rogo, vt TE per amplissimum morta-  
lis aeui spatium saluum praestet atque  
incolumem, quo TVA, tot votis ex-  
petita, tot gentibus profutura, salus  
tot rerum publicarum saluti quam  
diutissime prospicere, felicitatemque  
DOMVS AVGVSTAE ita stabilire pos-  
sit, vt gloria EIVS non aliis, quam  
quibus totius generis humani vniuersi-  
tas, finibus terminetur. Ita deuo-  
tissimo pectore precatur

*SERENISSIMAE CELSI-  
TVDINI TVAE*

*subiectissimus*  
IOANNES LAMBERTVS LAMERS,  
VESALIA CLIVENSI.



NVM  
EXSPECTATIVA  
IN FEVDA IMPERII  
IVS TITVLORVM ATQVE  
INSIGNIVM  
TRIBVAT.

I.

FATA DOCTRINAE DE EXSPECTATIVIS  
FEVDALIBVS ET RATIO INSTTVTI  
EXPONVNTVR.



legans exspectatiuarum feudalium ar-  
gumentum complures quidem in-  
terpretes exornandum suscepserunt,  
attamen non omnium labores eas-  
dem sibi conciliarunt laudes. Alii enim ad ista,

A

quae

2 NVM EXSPECTATIVA IN FEVDA IMP.

quae in negotio euoluenda occurrunt, momenta animos haut aduertentes, exspectatiuam nihil aliud quam inuestituram quamdam conditionalem (a) esse crediderunt; aliique iterum non ea, qua par est, cura de indeole eius solliciti, in parum adcuratas & a natura rei aberrantes abierunt sententias, quibus nobili huic doctrinae tenebras offuderunt potius, quam lucem adulterunt clariorem. Neque ita iam mirum, inde tot tamque diuersas de aliis atque aliis huius argumenti capitibus in scholas non minus quam in fora irrepsisse doctorum opinones. Praecipuum huius dissensus fundamentum in eo constituisse videatur, quod exspectatiuam feudalem cum illa praetendarum benefiorumque canonica, quae tamen maxime inter se differunt, commiscere (b) cepe-

(a) Quam superinfeudationem dixerunt, ideo quod dominus priori vasallo alterum quasi addat, & de eodem inuestiat feudo, vt docent GEORG. ADAM. STRVVIVS in *synagm. iur. feud. Cap. VII. §. IIII.* n. 2. p. 225. & qui hunc sequutus est, SAM. STRYKIUS in *exam. iur. feud. Cap. XII.*

qu. 24. p. 212. Adpellatur quoque inuestitura de caducitate successionis ab HARTMANNO PISTORIS L. II. *Quaest. iur. quaeſt.* XXV. n. 1. p. 188.

(b) Vnde non tantum vocem ex iure Canonico retinuerunt, sed & eamdem, quam iuxta cum aliis olim patres concilii Lateranensis, a. 1179. celebrati, in *Cap. 2. X.*

ceperint atque confundere. Non hanc pacto constitui, non ius quoddam perfectum tribuere, sed a mera sui ipsius gratia (c) dependere, neque se hac teneri arbitratus est pontifex. Et quemadmodum iam is demum laesus dicendus est, qui iuris, perfecte sibi competentis, iacturam pati co-gitur: ita nec haec iterum reuocata iniuriam exspectatiario inferre creditur, quippe cui ius quaestum haut adimit, sed sola eundem spe istud

A 2 ad-

2. X. de concession. praebend. & eccl. non vacant. adulterunt rationem, propter quam exspectatiuas ut illicitas reiecerunt, quod scilicet votum captandae mortis contineant; iuris feudalis interpres retinent, quoties in aequitatem exspectatiuarum feudalium inquirunt, illamque remouere conantur HARTMAN. PISTORIS l. d. n. 3. & 4. p. 189. & GE. AD. STRVVIVS l. d. Cap. VII. §. 5. n. 3. p. 227. qui quamquam eamdem olim mentem PLACENTINIS haefisse ex I. F. 27. 2. colligant; subiuncta tamen MEDIOLANENSI- VM & CREMONENSIVM sententia abunde euincit, non de eo loqui textum, sitne exspectatiua licita an illicita, sed vtrum

consensu vasalli ad exspectatiuam opus sit, nec ne, quod argumentum pertractauit B. IOAN. A-DAMVS KOPP in den Proben des teutschen Rechts T. II. §. 5. p. 292. Ceterum adde viri illustris AVGVSTINI a LEYSER diff. de iniuitate exspectatiuarum a. 1723. editam, quam dein quodam modo temperatam ad calcem Tom. IIII. Meditat. ad Pand. adiecit sub titulo: de iniuitate & rei ovsu exspectatiuarum.

(c) Cap. 38. de praebend. & dignit. in 6to. quocum compares B. IVSTVM HENNINGI- VM BOEHMERVM in iur. ecclesiast. protestant. L. III. Tit. VIII. §. 12. p. 579.

NVM EXSPECTATIVAS IN FEVDA IMP.

adquirendi (d) frustratur. Exspectativa feudalis contra , dum promissione, quam alter accepit, perficitur, ex conuentione omnino descendit, atque ita non potest non necessitatem producere fidem semel datam sanctissime quoque adimplendi. Insigne hoc, quod inter vtramque exspectatiuam intercedit, discriminem non attendit interpres, sed ab illa iuris canonici ad feudalem saepissime argumentum duxisse varia passim docent exempla. Ita nihil pontificem impedit, quo minus alicui praerogatiuam indulget, ut quamquam sit ultimus , prioribus tamen omnibus, gratiam ab ipso quoque adeptis, beneficium aliquando vacaturum (e) praeripiat. Principiis enim , modo explicatis , innexus Bonifacius VIII. (f), sufficere arbitratus est, ex tenore gratiae adparere , se hunc reliquis praeferrri voluisse. Idem id de domino , exspectatiuam feudalem cum clausula , quam vocant , anteferri concedente adserere non dubitarunt , talemque exspectatiuarium iure quodam potiori gaudere , & reli-

(d) Cap. 39. de praeb. in BOEHMER. l. d. L. III. Tit. 6to. VIII. §. 14. p. 582.

(e) IVST. HENNING. praebend. in 6to.  
(f) In Cap. 7. de concessione

IUS TITVLOR. ET INSIGN. TRIBVAT.

reliquis anteferendum esse censuerunt SAMVEL STRYKIVS (g) GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS (h) & (i) BYRCHARDVS GOTHELFF STRVVIVS. Pari ratione ad alienationem feudi consensu exspectatiuarii nec opus esse, nec huic eam vel impediendi , vel a domino, vt alienatio nulla declaretur , petendi ius competere praeter modo laudatos (k) HARTMAN-NVS PISTORIS (l) & GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS (m) defendere conati sunt. Haec, vt alias, quae inde promanarunt , sententias (n) iam taceamus , in natura negotii

A 3 reuo-

(g) l. d. Cap. XII. qu. 33. p. 216.

(h) In dem teutischen Lehn-Recht. Cap. XIII. §. 25. p. 248.

(i) In elem. iur. feud. Cap. VIII. §. 33. p. 287. ex edit. HELLFELDIANA a. 1745.

(k) Nimirum SAM. STRYKIVS l. d. qu. 34. p. 217. B. G. STRVVIVS l. d. Cap. VIII. §. 41. p. 293. & G. G. TITIVS l. d. Cap. XIII. §. 21. p. 246. & Cap. XVII. §. 30. p. 325. qui exspectatiarios interesse praestito contentos esse iuber , quamquam Cap. XIII. §.

18. p. 245. dominum soluendo interesse non liberari defendat.

(l) Lib. II. Quaest. XXVIII. qui tamen n. 6. hoc potissimum vtitur argumento, quod feudo alienato deficit conditio, sub qua exspectativa concessa fuit.

(m) In Synt. iur. feud. Cap. VII. §. 7. n. 7. p. 235.

(n) Neque tamen silentio praeterire possumus tritissimam istam controuersiam circa quaestioneum, virum dominus, exspectatinam concedens, ad feudum adpertum absisse obligetur tradendum, an praestando id, quod inter-

reuocabilis, quale exspectatiua ex mente iuris canonici esse perhibetur, vnicum ponunt fundatum. Vnde eo minus congruenter ad exspectatiuam feudalem fuerunt applicata, quo magis ab eius indole abhorrent. Iura exspectatiuariorum integra seruari, iubet inita conuentio, quae adeoque nec imminuere, nec iisdem auferre vñquam domino licebit. Tam inepta iurium confusio non semel occasionem haesitandi praebuit, quid de speciebus obuenientibus statuendum sit. Interim nostra aetate non defuerunt viri doctissimi, in multitudinem istorum erro-

*interest, liberetur, saepissime agitatem.* CASPARVS BITSCH in *Commentar. ad usus feud.* Lib. II. Tit. XXVI. p. 450. & GEORG. OBRECHT de *iur. feud* Lib. II. Cap. IIII. p. 112. rem mero arbitrio domini relinquere videntur, quid? quod IOACHIMVS MYNSINGER *Cent. III. obs. 61. n. 14. p. 303.* in simplici promissione, ne ad intereste quidem dominum obligari tradit, quae doctrina indoli exspectatiue iuris canonici admodum est consentanea, siquidem ex lubitu pontificis omne

hoc pendet negotium. Idem autem ad exspectatiuam feudalem eo minus commode applicatur, quo magis dominus vi conuentiois contractas ad id, quod promissum est, abscede praestandum compellitur, neque ita aliud pro alio invito alteri pacienti obrudere potest. Recte igitur dominum feudum adpertum tradere oportere defendant HARTM. PISTORIS L. II. Qu, 25. n. 22. p. 198. & GOTTL. GERH. TITIVS l. d. Cap. XIII. §. 18. p. 245.

IVS TITVLOR. ET INSIGN. TRIBVAT.

7

vt

errorum detegendam suas conferentes operas, ex quibus potissimum nominandi sunt (o) SIGIS-  
MVNDVS GOTTLIEB HILLIGER, (p) AN-  
TONIVS BESEL, (q) HENRICVS A-  
NDREAS KOCH, & illūstris (r) IACOBVS  
GABRIEL WOLFF. Principem tamen inter  
eos locum sibi vindicant eximium illud Georgiae  
Augustae decus (s) GEORGIVS LUDOVICVS  
BOEHMER, & qui sigillatim *de exspectatiis  
in feuda imperii* commentatus est iureconsultus  
meritis & fama clarissimus (t) IOANNES IA-  
COBV MASCov. Vtriusque viri illustris ve-  
stigia sequimur, dum in discutienda quaestione  
occupati sumus: *num exspectativa, in feuda  
imperii concessa, ius titulorum atque insigni-  
um tribuat.* Vti iisdem aliquando illustres, ex-  
specta-

(o) de necessitate consensu va-  
salli in exspectatiā feudi a do-  
mino concedendam. Lips. 1717.

(p) de exspectativa feudalī  
Wittenberg. 1744.

(q) de exspectatiis & inue-  
stiture eventuali cum praefat.  
IOAN. PAVLLI KRESSII  
Helmsted. 1735.

(r) in elementis irr. feudorum  
Cap. VII.

(s) In libro singulari de indele  
& natura exspectatariae & inue-  
stiturae feudalis & de huius re-  
nouatione Goettingae 1747. & in  
diff. de obligatione successoris ex  
exspectativa feudalī antecessoris  
ib. a. 1749.

(t) Prodiit Lipsiae a. 1719.

spectatiuam talem adeptos , experientia teste edocemur. Quae autem huius iuris sint fundamenta , vtrum ex ipsa exspectatiuae indole promanet , an aliunde descendat , nemo , quantum nobis constat , huc usque disquisiuit , nisi quod quasi praeteriens eius mentionem iniecit laudatus MASCOVIVS , qui id ex pacto plerumque fieri solere (u) statuit. Quare non prorsus inutile fore confidimus , si in origines tam eminentis iuris indagandas vberiori quadam cura incumbamus. In quo argumento pertractando vt ordinis via progrediamur , de indole atque effectu exspectatiuarum quaedam praemitamus necesse est.

## II.

## QVID SIT EXSPECTATIVA.

Exspectatiuae vocabulum in varias partes accipi , & quum conuentionem , tum litteras exspectatiuae concessae , tum maxime ius ipsum inde enatum designare praeter AVGVSTINVM a LEYSER vir ill. GEORG. LVD. BOEHMER

(u) l. d. §. 41. p. 27.

MER (a) obseruauit. In priori significatione nihil aliud est, quam conuentio, a domino cum altero inita, de feudo in euentum, si sibi adpertum fuerit, in eundem transferendo. Quoties autem ius denotat, ipsa erit facultas (b) exspectatiario competens, feudum, quam primum ad dominum redierit, acquirendi. Notioni exspectatiuae, primo loco erutae, pro instituti ratione iam inhaeremus. Quamquam enim eamdem ultima voluntate veluti per legatum (c) conferri posse non ignoremus, de ea tamen vel ideo parum solliciti sumus, quod, qui in concedendis exspectatiuis in feuda imperii maiora procerum requiritur, consensus solitariam quamdam domini directi dispositionem prorsus excludat.

## III.

DE EXSPECTATIVA DETERMINATA VEL  
INDETERMINATA, GENERALI VEL SPE-  
CIALI, ONEROSA VEL GRATVITA,  
ET PRECARIA.

Quandoquidem autem omnis exspectatiua

B con-

(a) de indole & natvr. exspe-  
ctat. §. II. p. 13.

(b) ill. IO. IAC. MAS.  
COV I. d. §. I.

(c) GE. ADAM STRV-  
VIUS in synt. iur. feud. Cap.  
VII. §. 3. p. 222. seq.

conditionem adperturæ in se continet: ex domini cum exspectatiario inita conuentione pendebit, vtrum in omnem, quo feudum ad ipsum redierit, an in eum, quem sigillatim definiuit, adperturæ euentum eamdem concedere voluerit. Exspectatiua ad definitum adperturæ casum restricta, determinatae; in omnem vero, quo domino feudum adperitur, euentum (a) collata, indeterminatae nomen sortitur. Porro exspectatiua vel in feudum nominatiū expressum, vel in primum, quod fuerit adpertum, indulgetur, vnde haec generalis, *ein unbenannt Geding* vulgo *ein Irrlehn*, vel potius *Ehrern* sive (b) *Erstern Lehn*, illaque specialis *ein benannt Geding* appellari consuevit. Prouti denique exspectatiua aut titulo oneroſo adquiritur, aut lucrativo impetratur, alia onerosa & alia iterum nominatur gratuita. V-

tra-

(a) sequimur ill. BOEH-MERVVM de *indole & nat. ex-spect. §. 20. p. 25.* Illam quoque generalem & hanc specialem nominant ill. MASCOV I. d. §. 2. & B. G. STRVVIVS I. d. Cap. VIII. §. 30. quam adpellationem nos exspectatiuae, prou-

ti eius obiectum vel est determinatum vel indeterminatum, tribuimus.

(b) Prout docet. IOAN. SCHILTER ad *ius fendi. Alemannicum. Cap. XII. §. 6. p. 123.*

IVS TITVLOR. ET INSIGN. TRIBVAT. *ob*

traque ad feudum, adpertura exsistente, praestandum obstringitur dominus, siquidem iure Germanico eadem semper conuentionis est vis ac potestas, siue gratis sit inita, siue vicissim ad aliquid praestandum obligemur. *Ab his demum distinguis exspectatiuam (c) precariam*, quae reseruata facultate eamdem reuocandi conceditur, vnde ad solum domini beneplacitum res omnis reddit, velitne eam exspectatiario auferre rursus, an feudum promisum aliquando largiri.

III.

EXSPECTATIVA CONVENTIONE CONDITIONALI PERFICITVR.

Quum itaque exspectatiua conuentione, inter dominum & exspectatiuarium inita, perficiatur:

B 2

(c) III. BOEHMER I. d. §. 18. & 19. p. 22. & seq. Cum exspectatiua precaria adfinitate quasi iuncta est exspectatiua munera, quae imperfecta muneris aliquando conferendi promissione perficitur. Hacc non nisi spem tribuit, ipsum manus suo tempore adipiscendi, interim au-

tem a promittente, quandocunque ipsi placuerit, reuocari potest. Lege, sis, quae de hac eruditissime docuit vir Celebrissimus ISRAEL GOTTLIEB CANZIUS in disciplin. moral. disciplin. II. Part. II. Cap. VII. §. 1518. & seq. p. 507.

tur : omnia , quibus ad conuentiohem contrahendam opus esse intelligitur , pariter quoque in exspectatiuam cadere debere animaduertimus . Quemadmodum igitur mutuus de iure transferendo vel adquirendo consensus conuentionem absolutus : ita & eodem innititur omnis exspectatiuae collatio . Dominus enim feudum , sibi adperiendum , alterib[us] promittendo in id huic concedendum consentit , ratque hic promisum accipiendo abunde declarat , se feudum adquirere velle . Nihilque refert , utrum exspectatiuam precibus a domino petierit , an ultero sibi oblatam vel expresse vel tacite acceperit ; uterque ad idem tendit , & mutuus utriusque consensus semper adest . Quum autem , quae de exspectatiua celebratur , conuento ad illum , quo feudam domino adpertum fuerit , euentum adstricta sit ; & omnis euentus , a cuius existentia actus suspenditur , conditionem inuoluat : facili negotio adparet , conditio-

(a) Vir illustris. GEORG. LVD. BOEHMER l. d. §. 12. p. 14. post 25. 817. & 117.

(b) I. F. 9. & II. F. 35. ad de GEORG. AD. STRV- VIVM l. d. Cap. VII. §. 5. n. 1. p. 226.

samque conuentione esse conditionalem, id  
eoque illam, quae non sub conditione adper-  
turae contrahitur, sed pure initur, plane esse  
nullam.

### EXSPECTATIYA IUS CONDITIONALE AD REM TRIBVIT.

Omne ius ex conuentione enatum audire  
ius ad rem, & prout pactum vel pure vel  
sub conditione initum fuerit, vel purum esse  
vel conditionale in vulgus omnino notum est.  
Ius (a) itaque, quod exspectatiua tribuit, a-  
liud esse nequit, quam ius ad rem, atque  
id quidem propter conditionem adperturam,  
conuentioni inherentem, non nisi conditio-  
nale. Ex hoc iam exspectatiario oritur facul-  
tas,

### B 3

p. 226. ibique nominatos au-  
tores.

(a) Nihil iam loquimur de  
obligatione domini, quae ex  
ista conuentione promanat, ne a  
via aberremus. Ex ipsa tamen  
pacti indole domino imponitur  
necessitas feudum existente ad-

ertura exspectatiario tradendi;  
II. F. 26. §. 14. De hac domi-  
ni obligatione omnino legenda  
est vberior explicatio, quam  
adserit ill. G. L. BOEHMER  
in diff. de obligatione successoris  
ex exspectatiua fendi. antecess. §.  
p. 6. & seq.

tas , contingente demum isto euentu , feudum ,  
 sub eo sibi promissum , a Domino exigendi .  
 Etenim ea conuentionum conditionalium est in-  
 doles , vt nihil debeatur , nihilque (b) peti  
 possit , nisi exstiterit ista conditio , ex qua ,  
 tandem adimpta , obligationis effectum ori-  
 ri voluerunt contrahentes . Quamobrem iu-  
 ris , ex exspectatiua descendantis , nec cedit  
 nec venit dies , antequam feudum domino  
 adpertum fuerit , sed pendente hac conditione  
 suspensum simul manet ius , quod exspectati-  
 ua tribuit , eiusque (c) exercitium . Exspe-  
 ctatiuarius ergo sola spe alitur , fore , vt feu-  
 dum , quod sibi sub conditione debetur , ad  
 dominum aliquando redditum , sibiique tum  
 denique obuenturum sit . Et quamquam hinc  
 dubium videatur atque incertum , num haec  
 conditio vñquam sit exstitura : ius tamen in  
 eum euentum collatum , tamquam ex pacto  
 descendens , exspectatiuario perfecte competit ,  
 atque interim quum dominum impedit , quo-

minus

(b) L. 213. D. de V. S.

ind.

&amp; nas.

expedit. §. 24.

(c) Saepius laudatus illustr. p. 32.

BOEHMERVS in lib. de

IUS TITVLOR. ET INSIGN. TRIBVAT.

minus quaedam illi moliatur contraria , tum  
sibi ipsi omnia ea tribuit , quae natura con-  
ventionis solet producere , quibus vero iam (d)  
explicandis vel ideo non immoramus , quod ad  
institutum nostrum parum conducant .

VI.

EADEM EST INDOLES EXSPECTATIVA-  
RVM IN FEVDA IMPERII MAIORA ,  
NISI QVOD PROCERVUM CON-  
SENSVS REQVIRITVR.

Quae haec tenus de indole conuentionis , qua  
exspectatiua perficitur , monuimus , in feudis  
imperii , exspectatiuarum iure concessis , pa-  
riter quoque locum inueniunt . Siue exspectati-  
iuam imperator vltro (a) largitus fit , siue  
eam-

(d) Exposuit istos effectus cuius diploma exhibet IOAN.  
GERH. GOTTL. TITIVS LIMNAEV S Tom. I. Iur.  
im teutschen Lehn - Recht Cap. XIII. §. 17. & seq. p. 244.

(a) Huius exemplum est ex-  
spectatiua quam FRIDERI-  
CVS III. Imp. ALBERTO  
Misnico in Iuliam & Montes d.  
26. m. Iun. a. 1483. concesserat ,  
cuius diploma exhibet IOAN.  
LIMNAEV S Tom. I. Iur.  
publ. L. V. Cap. 10. n. 12. &  
dein MAXIMILIANVS I.  
a. 1486. & a. 1495. ad ER-  
NESTVM fratrem extenderat,  
vid. CHRISTOPH. HERR-  
MANN. SCHWEDER T.  
II. theatr. hister. prae-  
tension. il-  
lustro.

eamdem proceres imperii vel precibus impetrarint, vel litium componendarum causa per transactionem (b) introducam ab imperatore confirmandam curarint; vbique imperatoris & exspectatiuarii illustris mutuus adest consensus, atque adeo quaelibet exspectatiua in feuda imperii non nisi ex pacto trahit originem. Et, quae ipsa huius negotii iubet indoles, ut exspectatiuae non pure, sed in euentum, si feudum adpertum fuerit, conferantur, ab exspectatiuis in feuda imperii haut quaquam abhor-

*Iusfr. Lib. IIII. Sect. XXXIII.  
Cap. I. p. 424. Idem MAXIMILIANVS a. 1502. FREDERICO Megapolitanu in semissim Landgrauatus Leuchtenbergensis ulro exspectatiuum dedit. Ad ea de re ANTON. FABRVM in der Staats-Cantzley Part. XIII. Cap. 12. p. 464.*

(b) Tales sunt exspectatiuae, quae Serenissimae domui Brandenburgicae in Pomeraniam & ducatum Megapolitanum competunt. Illius origines patent ex LUDOVICI PETRI GIOVANNI sive IOAN. PE-

TRIAL V DE WIG Germania Principe Lib. II. Cap. II. p. 562. & 563. Id ius quanti demum effectus fuerit, docuit condita pax Osnabrugensis, culus compares *Infrum. Art. X. §. 4. & Art. XI. per tot. Vnde exspectatiua in Ducatum Megapolitanum ortum duxerit, idem late disquisit IO. PETR. A LVDEWIG in formula ducatus Brandenburgici §. 10. litt. h. p. 89. & seq. vbi potissimum legenda, quae ex CHEMNITII Parchemensis curiae silentiarii & rerum Megapolitanarum scriptoris Codice Mspt. adulit.*

ct

horrent, siquidem & has non aliter ac conditio-  
tione adperturæ adiecta ab imperatore concedi  
solere omnes, quotquot modo exstant, tam  
antiquæ quam recentiores, quae de exspecta-  
tiis concipiuntur (c) litteræ, luculenter pro-  
bant. Atque olim quidem imperatoribus ut  
feuda adperta, ita & exspectatiuas, pro lu-  
bitu conferre licuit. Verum quum electores,  
WENCESLAI imp. prodigalitate commoti,  
hanc imperatoris de feudis disponendi faculta-  
tem restringendam arbitrarentur, ordinesque  
imperii, iam MAXIMILIANI i. temporibus in eo  
elaborantes, ut huic arbitrio modus praescri-  
beretur, ea de re per ablegatos ad comitia  
Wormatiensia, a. clo cccc xxxxvii. celebrata,  
in delineata consilii imperialis formula, quam  
vulgo projectum ordinationis regimenti vocant,  
mientes suas (d) declararent: demum accidit,

C

vt

(c) Id quod satis docent for-  
mulae, vñann dasselbe vns, vñ-  
sern Nachkommen am Reich und  
dem heiligen Reiche heinsfallen  
wird, vbiique in iisdem occur-  
rentes.

(d) Et ita quidem: Sy sollen

auch rathschlagen, die Ihnen,  
so Füstenhumb, Graffschafft,  
herrschafft, oder andere gütter  
zum Reich gehörig, vñempfangen  
innhitten oder besessen, zu bever-  
gen, und darzu zu bringen, die-  
selben zu empfahlen mit gevohn-  
lichen

vt electores , de forma regiminis in scriptu-  
ram redigenda cogitantes , in capitulatione  
CAROLO V. oblata paciscerentur , ne feuda  
maiorum prouentuum adperta v. g. principatus,  
comitatus & reliqua aliis iterum sub nexu cli-  
entelari concederet , nisi , qui in omnibus re-  
rum , ad imperium pertinentium , alienationibus  
adhibendus erat , electorum consensus acce-  
sisset , quin potius eadem (e) in patrimoniu-  
m imperii referret , eidemque tantisper refer-  
uaret , vsque dum alia denuo accepisset incre-  
menta . Idem id in sequentes sanctiones impera-  
toriae (f) generatim de feudis cauerunt adper-  
tis ; capitulatio denique FERDINANDI II.

lichen Pflichten : doch ob dersel-  
ben Stuck ains oder mer Für-  
stenthumb oder mercklich Graff-  
schaft , dem Reich heimgevallen  
vveren oder vviürden : Solt durch  
vnß , mit vwillen der Churfür-  
sten darinn gebandelt vverden ,  
die bey dem Reich fürter zu be-  
halten , oder zu verleihen : aber  
minder lehen , so vns , oder dem  
Reich heimbfallen vveren , oder  
vviürden , dieselben zu verleihen ,  
vvoluen vvir vns hierinn vor vnd  
aufzubehalten haben . Adi IOAN-  
NEM PHILIPPVM DATT  
in volum. rer. Germanicar. de  
pace publica Lib. III. Cap. XII.  
p. 618. qui totum proiectum ex-  
hibet p. 602. & seq.

(e) Capitulat. CAROLI V.  
Art. VIII. & XXIII. apud IO-  
ANNEM LIMNAEV M p.  
40. & 43.

(f) Capitulat. FERDINAN-  
DI I.

IVS TITVLOR. ET INSIGN. TRIBVAT.

19

ct

imp. (g) ne exspectatiuae in talia feuda ab hac  
lege eximerentur , nominatim addidit, quod  
reliquae, (h) sub auspicio cuiuslibet noui impe-  
ratoris conditae, leges regiae pariter quoque re-  
petierunt. Variae dein , quae de capitulatio-  
ne perpetua in comitiis agebantur , lites effe-  
cerunt , vt, quae ibi proceres imperii (i) mo-  
nuerant , nouae tandem (k) capitulationi , cui  
CAROLVS VI. imp. subscrisserat , his insere-  
rentur verbis : *VVann auch ins künftig Le-  
hen , dem Reich durch Todts-Felle oder Ver-  
vürckung eröffnet , und lediglich heimbfallen  
wverden , so etwas merckliches ertragen , als*

C 2 Chur-

DI I. Art. XXIII. apud IOAN. XXX. & IOSEPHI Art.  
LIMNAEVM p. 418. MA-

XIMILIANI II. Art. XII.

ibid. p. 485. RVDOLPHI

II. Art. XXV. apud eundem p.

510. MATTIAE Art.

XXVIII. ibidem p. 551. seq.

(g) Art. XXVIII. apud  
LIMNAEVM p. 591.

(h) Vid. *Capitul.* FERDI-

NANDI III. Art. XXXII. a-

pud IO. LIMNAEVM p.

674. FERDINANDI III.

Art. XXX. LEOPOLDI Art.

(i) *Proiect der beständigen  
Wahl-Capitulation §. 11. apud  
IACOB. BERNHARD.*  
*MVLTZ in repraesentat. ma-  
iesstat. imperator p. 148.*

(k) Art. XI. in medio. Ea-  
dem quoque verba adseruant Ca-  
pitulat. CAROLI VII. Art.  
XI. §. 10. & Augustissimi  
FRANCISCI I. Art. XI.  
§. 10.

Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschafft - Herrschaften, Stadt und dergleichen, die sollen und wöllen VVir die Churfürstenthümer ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graff- und Herrschaften, Stadt und dergleichen aber ohne der Churfürstlicher, Fürstlicher auch (wann es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut) Städtischer Collegiorum vorwissen und consens ferner niemanden leyhen, auch niemanden einige Exspectantz oder Anwartung darauff geben, sondern zu Unterhaltung des Reichs Unser und Unserer nachkommender Koenig und Kaysern behalten, einziehen und incorporiren. Non igitur ad acquirendam exspectatiuam sola imperatoris concessio, non solus principum electorum consensus, praeterquam ad electoratum, sufficiunt, sed suffragiis ordinum opus est, vt eiusmodi collatio suum sortiatur valorem atque effectum. Haec autem sanctio non nisi de exspectatiuis in feuda maiora intelligenda est, siquidem capitulationis verba in feudis ampliorum prouentuum vt electoratibus, principatis, comitatibus, dynastiis, vrbibus & sibi milie-

milibus concedendis , atque exspectatiis in ista largiendis procerum auctoritatem tantum requirunt . Vnde pro arbitrio tam feuda minorum dignitatum & emolumentorum conferre , quam exspectatiis in illa indulgere imperatori (1) licebit .

## VII.

**DE IVRIBVS, QVAE EX EXSPECTATIVA,  
IN FEUDA IMPERII CONCESSA,  
ORIVNTVR.**

Quodsi itaque exspectatiua in feuda imperii pariter quoque pacto perficitur , & in eum , quo feudum imperatori atque imperio adpertum fuerit , euentum conceditur : ius inde non aliud exspectatiuarius illustris consequitur , quam quod ex qualibet exspectatiua feudali promanat , ius scilicet ad rem , & ne hoc quidem purum , sed conditionatum , & proinde ad euentum aderturae restrictum . Quia igitur

C 3

(1) Illustris IO. IAC. MAS- HELFFRICH in diss. de ca-  
COV in diss. de exspectat. in sibus posteriorib. extinctae exspe-  
feud. imp. §. 21--33. p. 14. & Etatuae comprimis in feuda im-  
seq. & cel. IOAN. IACOB. perii §. 6--9. p. 21. & seq.

gitur existente feudum promissum ab imperatore omnino exiget, immo & ipse interdum eius possessionem (a) adprehendendi facultate gaudet. Et licet forte litterae exspectatiuae non omnibus feudi occupandi potestatem fecerint: consultum tamen (b) erit, maxime ubi

*Fugfucher auch (wann es nemblich eine R e i s e*

*Stadt betreffen thut) SAVVischer Collectionem.*

(a) Insigne exspectatiuae, cum iure feudum, quando adpertum fuerit, occupandi concessae exemplum praebet pax Osnabrugensis, cuius INSTRVM. Art. XI. §. 6. electori Brandenburgico, exspectatiuem in Archiepiscopatum Magdeburgicum adepto, *ius auctoritate propria vacantem adprehendendi possessionem* indulxit. Similiter FERDINANDVS I. imp. electori Saxoniae AVGVSTO in feuda principum Anhaltinorum exspectatiuem dedit, & simul ea adperta occupandi potestatem largitus est, prout testantur litterae exspectatiuae, quas legendas praebet IO. CHRISTIAN. LVNIG im Reichsarchiv Part. special. Cont. II. p. 319.

(b) Ill. MASCOVIVS I. d. §. 41. p. 27. Inde elector Saxoniae IOANNES GE-

ORGIVS III. cuius familliae 1507. MAXIMILIANVS I. exspectatiuem in prouincias Lauenburgicas dederat, sibique ipsi LEOPOLDVS a. 1687. dein confirmarat, IVLIO FRANCISCO ultimo duce a. 1689. defuncto, ducatus Saxo Lauenburgici possessionem mox adprehendebat, quum principes Anhaltini tamquam agnati; daces Megapolitani vi pactorum, de successione iam a. 1431. initiorum; duces Luneburgici ex pacto quadam confraternitatis; & denique duces Saxoniae lineae Ernestinae ius praelationis ex exspectatiua MAXIMILIANI I. sibi vindicaturi, easdem quoque terras Lauenburgicas postularent, vt latius dixit IACOB. WILHELM. IMHOF in notitia S. Rom. Germ. Imp. procer. L. III. Cap. 10. §. 13. p. 287.

eiudem feudi plures adfuerint aemuli , & ab imperatore feudum petere , & simul sibi de possessione eiusque defensione prospicere . Antequam vero feudum vacauerit , nullum expectatiuari illustri poterit oriri ius , nullumque competere eius exercitium , siquidem utrumque ab adperturae euentu suspenditur , & hoc tandem contingente suum sortitur effectum . Interim saltim imperatorem ad conditionalem hanc feudi imperii promissionem adimplendam tenet obligatum , eumque vi conuentionis prohibet , quominus aliter de feudo aut eius parte disponat , ne ita , quod sibi sub conditio- ne debetur , ius contra fidem datam vel violetur vel imminuat . Quum igitur ex expectatiua in feuda imperii ante adperturae euentum expectatiuariis illustribus nondum ius ad rem competit , sed conditione aliquando existente demum nascatur : non sane ista iam titulis provinciarum , in quas expectatiuas ad- epti

287. & 288. edit. Stutgard. a. tens. & controvers. illustr. Tom. 1699. & CHRISTOPH. II. Lib. III. Sect. XXXIII. Cap. HERMANN SCHWE- §. p. 440. & 441.  
DER in theatr. hist. prae-

epi sunt , earumque insignibus in antecessum  
vtendi ius tribuet , prout pluribus statim do-  
cebimus.

VIII

ORIGINES TITVLORVM , QVIBVS IMPE-  
RID PROCRETES VTVNTVR , IN-  
DAGANTVR.

Variam esse tituli , significationem , idque  
vocabulum & rebus & personis tribui , atque  
tum quidem vel dignitatem siue statum , quo  
gaudent mortales , vel verba , quae nomini-  
bus honoris caussa deprehenduntur adiecta , de-  
notare late exposuit (a) GERHARDVS FELT-  
MANN. Ex huius proinde mente in brevi in-  
staque honoris , personae debiti , aut muneris ,  
ei dati , aut rerum nota consistit titulus. E-  
minentissimi iam illius , in quo rectores re-  
rum publicarum collocatos videmus , fastigii  
characteres , quibus eorum dignitas & potestas  
in-

(a) In tractatu de titulis ho-  
norum Lib. I. Cap. III. §. 9.  
Cap. III. & V. p. 16. & seq.  
cui addas SAMVELEM PV-

FENDORF de iur. natur. &  
Gent. Lib. I. Cap. I. §. 18. P.  
16. edit. Francosurt. a. 1684.

indicantur , nomen titulorum omnino merentur. Quodsi de iis historiarum monumenta perlustrare libuerit : non quoslibet imperantes eodem dignitatis vocabulo salutari, sed alios (b) imperatores , alios reges , alios denique alio titulo ornari solere, facili negotio animaduertes. Id quod in primis tulit, seruatque etiam nunc usus Germaniae , cuius proceres ab antiquissimis inde temporibus pro diuersa munericis honoris amplitudine mox reges, mox duces , mox comites (c) appellatos , aliosque posteriori aetate , marchionum , landgrauiorum , principum similibusque titulis insignitos fuisse deprehendimus. Caue autem existimes , in more quoque fuisse positum , vt ea, quae hodie titulis inserta leguntur , prouinciarum nomina

D

iisdem

(b) Legas omnino ; quae  
cam in rem adfert IOAN. PETR. A LVDEWIG in  
opuscul. de iure reges appellandi  
Cap. I. §. 5. & seq. Tom. I.  
opuscul. miscellor. col. 10. & seq.  
& de auspicio Regum §. 3. & seq.  
ibid. col. 122. & 123.

(c) C. CORN. TACITVS de mor. Germ. Cap. VII.

XII. XXXXIII. & XXXXIII. vi-  
de IOAN. NICOLAV M  
HERTIVM de veteris Ger-  
man. popul. Part. I. Cap. IIII.  
§. 5. & seq. Vol. II. opusc. p.  
35. & in notitia regn. Francor.  
veter. Cap. V. §. 21. & seq.  
ibid. p. 248. edit. Francof. a.  
1737.

iisdem & olim quoque adscribi potuerint. Titulo quidem ducum eas, quas administrabant, ditiones interdum additas, comites tamen non a pagis, quibus praerant, fuisse dictos, quin potius pagos a comitibus (d) nomina accepisse reperimus. Post HENRICVM III. demum inualuit, ut comites ab arce, aut municipio, aut alio quoquis loco (e) deriuarent titulos, & proinde (f) regionum nomina adponerent. Neque fortassis alia eius rei est ratio, quam, quod initio Ducum comitumque dignitas, munieris instar modo collata, in posteros non transiret, nisi a regibus iisdem concessa sufficeret.

Ex

(d) IO. NICOL. HER-  
TIVS de orig. & progr. spe-  
cial. R. G. I. terumpublicar.  
§ 7. vbi in notis n. 16. ex  
MADERI antiquitat. Bruns-  
cens. Part. 4. haec addit exem-  
pla: In charta OTTONIS II.  
a. 981. in pago Scitici nuncu-  
pato in Comitatu Geronis. OT-  
TONIS III. a. 1003. in pa-  
go Tilethi in Comitatu Heliman-  
ni Comitis, in pago Merstern  
in Comitatu eiusdem Comitis &c.  
HENRICI III. a. 1003.

in pago Hardegone & in Comi-  
tatu Reichpertii. Vol. II. Tom. II.  
opuscul. p. 15.

(e) Quod bene monuit vene-  
randus senex, vir ampl. IO.  
DAVID KOEHLER in der  
teutschen Reichs - Historie sub  
Henrico III. p. 140.

(f) Prout ex GVILLI-  
MANNO Lib. 3. Haksp. p. 70.  
docuit IO. NIC. HERTI-  
VS de superioritate territoriali  
§. 86. Vol. I. Tom. II. opuscul.  
p. 249.

ct

Ex quo enim tempore (g) ducatus, marchionatus, landgraviatus, comitatus, & reliquae  
D 2 digni-

(g) Quod in genere HENRICI VI. temporibus contigisse nouimus. Licet enim declinante domo MEROVINGICA patri duci succederet filius, attamen CAROLVS M. formidandae potestati ducum admodum infestus, prouincias & plerumque pagos comitibus tegendos non nisi solus conferebat. Verum LVDOVICVS PIVS, qui & villas regias quae erant sui & ani & tritani fidelibus suis in possessiones semipaternas tradiderat, prouincias in ducatus iterum rededit, ita ut postremis Carolingiae stirpis temporibus Germania in quinque ducatus Baioaricum, Suevicum, Francicum, Lotharingicum & Saxonicum diuisa esset. Nam sub CONRADO Imp. Henricus patre Ottone defuncto libera potestate in Saxonia regnauit. HENRICVS Auceps Arnulfo Baioariam plenissimo iure concessit. OTTONIS M. permisso Vto comes, quicquid beneficii aut praefecturarum ha-  
buit, quasi hereditatem inter filios diuisit. Nec CONRADVS Salicus passus est, ut antiqua parentum beneficia posteris asserrentur. Denique alia passim leguntur exempla, quae imperante familia Saxonica & Franconica in primis post HENRICVM IIII. filios ducatus comitatusue paternos successionis veluti iure sibi vindicasse docent. Tandem vero Suevus imperator scilicet HENRICVS VI. legem instituit, ut feuda successionis iure ad proximioris agnationis gradus deuoluissentur, quam antea magis ex gratia principis penderent, prouti ex GERVASIO TILBERIENSI recte notauit IO. NIC. HERTIVS de or. & progr. spec. R. G. I. rerumpubl. §. 7. Vol. II. Tom. II. opusc. p. 13. Praeter hunc quoque sequuti sumus IOAN. HENRICVM BOECLER de rebus Sacculi a Christo nat. VIII. & X. p. 250. & seq. & HERMANVM CONRING in diff. de

dignitates ad descendentes successionis iure transmittebantur, aliaeque regiones quoque alloiales fiebant, frequentissima denique in titulis territoriorum, quae possidebant proceres imperii, occurrit mentio. Quare & saeculo XIII. exempla (h) passim sunt obvia, quae nobilitatem Germaniae superiorem ab ipso domi-

de ducibus & Comitibus imperii German. §. 13. & seq. exercitat. academ. de republ. imp. Germ. p. 159. & seq. qui omnes auctorum coaeorum testimonia adulterunt, addas denique vir. ampl. IO. DAV. KOEHLER. I. tente Reichs-Hist. p. 139. & 197.

(h) Quorum varia colligit vir. ampl. IOAN. IACOB REINHARD im II. Theil der Juristisch und Historischen kleinen Aufführungen II. Aufführ. §. 5. not. a. p. 106. & seq. Idem iam animaduertit IOAN. PETRVS A LVDEWIG de diff. iur. Rom. & Germ. in titulo imperiali diff. VII. §. 5. not. gg. opere miscell. col. 1013. Eundem fere morem feruauit Gallia, cuius nobiles saeculo XI. in eunte a lo-

cis dominiorum acceperunt tirulos. Illustre eius rei exemplum dedit IOANNES MABILLON de re diplomat. Lib. II. Cap. VII. §. 3. p. 93. quod eiudem verbis recensere licebit. In Chartario, inquit, Vserchensi apud Lemouicis legitur eiusmodi cognomentum duplex, a patre simul & loco dominie acceptum, vbi Geraldus Petri de Noalias, id est filius Petri de Noalias, dedit Deo & sancto Petro pro anima patris sui a matris suae partem suam de terra Molnat in parrocchia S. Vincentiani, & rel. Dein pergit: ibi habes cognomen duplex, unum a Petro Geraldii patre; alterum a Nealias, qui locus est in pago Lemouicensi. unde nomen traxit illastrissima familia de Noaliis.

micilii loco titulos sibi sumfisse , sedibusque  
mutatis , & hos immutasse euincunt.

## VIII.

DE MORE PLVRIVM PROVINCIARVM  
NOMINA TITVLIS DIGNITATVM AD-  
IICIENDI.

Hinc ergo proceres imperii Romano Germanici a territoriis , quae vel feudi vel alodii iure tenebant , acceperunt quasi cognomina , ex quibus dignitatum vocabulis adiectis , hodierni eorumdem enati sunt tituli . Quemadmodum autem iam ii a regionibus defumi solebant : ita dein mox factum fuit , vt , quoties quis pluribus imperaret prouinciis , eamdem omnium in titulo mentionem iniiceret . Cuius rei initia ad FRIDERICI I. tempora vel ideo referenda esse videntur , quod Henricus Leo Saxoniae dux , recuperata Bavaria , ab utroque ducatu <sup>(a)</sup> titulum deriuau-

D 3 rit.

(a) Id quod ex *Cronico A LVDEWIG I. d. diff.*  
*REICHERSBERGENSI VIII. §. 7. not. II. Tom. II.*  
ad a. 1162. repetit IO. PETR. Lib. III, opusc. col. 1018.

rit. Antea enim ditiones raro admodum connessas , nec (b) vni eidemque personae datas fuisse ex sententia CONRADI III. imp. colligere licebit , qui , quum praedecessor eius LO- THARIVS Henrico genero suo , cui Bauaria, tum simul Austriae complectens , parebat , Saxoniam praeterea subiecisset , quemquam (c) principum duos tenere ducatus iniustum esse arbitrabatur. Simul ac vero saeculis XIII. atque insequentibus interdum ducatus , & saepissime comitatus variis ex caussis conglutinari coeperunt ; dignitatum tituli non potuerunt non inde adaugeri , illisque prouinciarum , noue adquisitarum , nomina pariter quoque adscribi. Atque haut scio , an huic mori diligenteri cura seruando ansam obtulerit ipse FRI- DERICVS II. imperator , titulum regis Hiero- foly-  
boru-

(b) Neque praeter exempla LOTHARII tempora alia fe- Ottonis Sueorum ducis , cui re occurrabant; illa commemorant Bajoarium , Henrico sive He- zilone duea a dignitate remoto , OTTO II. concessit , atque SAXO ad a. 1071. p. 259. AGNES mater & tutrix (c) Sunt verba HELMOL- HENRICI III. imp. duca- DI Lib. I. Chron. Slanic. Cap. tum Bauariae dederat , ante 54.

solymae & Siciliae , quo (d) vtebatur , tanti aestimans , vt aegerrime ferret , Gregorium VIII. pontificem priorem istum in litteris ad se datis non adiecisſe , eumque de illo omissō ſe (e) excusare oporteret . Saltim patris exemplum imitati ſunt (f) filii , quum HENRICVS Romanorum rex , ducis Sueviae titulum ſibi tribuens , tum CONRADVS III. qui ſe regem Hierosolymae atque Siciliae adpellare conſueuit . Denique nec defūt eiusdem aeui documenta , ex quibus comites , plurium comitatuum poſſeffores , ſingulorum nomina dignitatum titu-

lis

(d) Prouti ex diplomaticis eius perspicuit , quorū varia exhibet WILHELMVS HE-DĀ de episcopis Ultraicētin. p. 196. & 197. Carolingorum aeuo iam deprehenduntur diplomatica , in quibus imperatores Franci ci ſe nominarunt reges Francorum & Langobardorum , quod & de CAROLO M. & de ſuccessoribus probat IOAN. MABILLON. de re dipl. Lib. II. Cap. 3. §. 7. p. 72. & seq. Ceterum complures FRIDERICI in imperio ſuccelfores eum hac in re ſequutos fuiffe docent exempla , quae collegit HERMANN. CONRING in exercitat. de imperatore R. G. §. 43. exercitat. academ. p. 60.

(e) Litteras excusationis Gregorii VIII. ad FRIDERI-CVM ex RAYNALDO T. XIII. ad a. 1231. n. XI. retulit SIMON FRIDER. HAHN in der Einleitung zu der teutſchen Staats-Reichs- und Käyser-Hiftorie Tom. III. Cap. III. §. 15. in not. litt. q. p. 213.

(f) SIM. FRID. HAHN I. d. in not. litt. p. p. 213.

lis addidisse (g) luculenter adparet. Quem ritum postea eo minus imperii proceres (h) neglexerunt, quo clariora titulos iuris votorum in comitiis sibi competentis existimabant testimonia, siquidem numero territoriorum idem simul numerus suffragiorum respondebat.

## X.

IMPERII ORDINES TITULOS QVOQVE PROVINCiarVM, QVAS NON POS-  
SIDENT, SIBI ADScri-  
BVNT.

Neque tantummodo ab iis quas tamquam allodia vel feuda possident, verum & ab aliis, quas non tenent, ditionibus proceres imperii deriuarunt titulos. Cuius rei natales si coniecturis adsequi licet, illi fortassis de-

ben-

(g) IO. IAC. REINHARD  
l. d. p. III.

(h) Quam obseruationem debemus IO. PETR. DE LV-  
DEWIG l. d. diff. VIII. §.  
7. not. II. col. 1018. vbi Caroli  
III. temporibus frequentiorem

in titulis plurium regionum me-  
tionem factam fuisse docet;  
idque MAXIMILIANI I.  
aetate in consuetudinem abiisse  
addit in German. Principe Lib.  
VI. Cap. II. p. 65.

bentur, quod filii illustres, hereditatem paternam inter se diuidentes, a terris, quas quisque accipiebat, peculiares sortiti sint titulos, & simul nomen parentis, a tota ditione vel potiori eius sede, vbi habitarat, desumtum (a) adscriperint, atque id ipsum postgeniti, qui apanagio modo contenti esse iubebantur, acque (b) retinuerint. Quem quidem morem ad solam generis nobilitatem vel gentem indicandam tam sollicite principes seruasse nobis certe persuadere hautquam possumus; quin

E. po-

(a) Adstipulantur conjecturae suis ad ipsum castrum in Nassau complures terrarum partitiones, ex quibus eam serenissimae domus Nassauiae, inter WAL- pertinentibus ratione dominii in- RAM V M atque OTTO- dinise permanere iussent; attamen non tantum propter com- NEM a. 1255. factam modo munionem sedis originis id fieri consueuisse, sed & generale provinciae nomen ut plurimum re- tentum fuisse, innumera fere di- visionum docent exempla, ut re- dixit IO. NIC. HERTI- VS de sup. territor. §. 86. in f. & in not. n. 26. opusculor. p. 249.  
 Part. I. Aufführung VI. §. 4. not. r. (b) Saepius laudatus IO. PETR. A LVDEWIG de p. 301. & l. d. §. 2. not. c. p. 187. quod castrum in Nassau - cum tir. imp. diff. VIII. §. 7. not. nn. col. 1019.

potius nomina veluti iuris (c) sanguinis, atque  
inde obuenientis aliquando successionis documen-  
ta adhibuisse arbitramur, licet complures ti-  
tulis regionum quondam possessarum, ad sua-  
uem earum (d) conseruandam memoriam dele-  
ctari non ignoremus. Atque ita effectum vi-  
detur, vt dein & alii, quibus vel paetis, vel  
transactionibus, aliisue modis ad ditiones aliorum  
adspirandi ius fuerat acquisitum, in legitimis suc-  
cessionibus usitatum ritum huc iam extendere,  
titulosque prouinciarum in antecessum sibi vin-  
dicare coeperint, quo ita iurium suorum (e)  
quotidie in oculis ferrent signacula. Quum i-  
gitur

(c) GERHARD. FELT-  
MANN l. d. Cap. XXI. §. 20.  
p. 101. & SAM. PUFEN-  
DORF de iur. nat. & gent.  
Lib. I. Cap. I. §. 18. p. 17.

(d) Exemplum tituli Austriae  
ci hic spectat, in quo comi-  
tatus Habsburgici & Landgrauia-  
tus Alsatiae nomina leguntur, li-  
cet ipsa territoria aliis iam du-  
dum subiecta sint, adi IO.  
PETR. A LVDEWIG l. d.  
§. 7. not. oo. col. 1020. & G.

FELTMANN. l. d. Cap. XX.  
§. 9. p. 92.

(e) Vnde Vocabulum & ce-  
tera adponendum esse censem.  
quod eius vis esse dicitur, vt lo-  
ca omissa pro derelictis haberí  
nequeant; prout id monet I. P.  
A LVDEWIG l. d. §. 7.  
n. mm. col. 1018. qui & in  
fundamentum inquirens, quare  
Brunsuicenses se modo duces  
Brunsuicenses & Luneburgenses  
adpellent, eodem fere vtitur ar-  
gumen-

ct

gitur ex titulis citra possessionem territorii adscriptis , iuris , vel ex prouidentia maiorum vel ex pacto competentis , argumenta elicentur : mox principes horumque descendentes exactiori quadam diligentia ista sibi tribuendos curarunt , quin & non nulli , qui in ditiones aliorum ius adquisuerant , nec tamen nominibus vtebantur , in eo quam maxime elaborarunt , vt earumdem (f) orarentur titulis , quo effectibus , qui in-

E 2 de

gumento , dum ait , suis iu-  
ribus domum hanc omnino consu-  
tere , omissione tituli aliarum  
ditionum. Ita enim e tituli si-  
lenio , ad iurium Leonini pa-  
trimonii derelictionem aut pree-  
scriptionem nemo arguere poset.  
Quod utique fieri posset ; si hac  
parte alios Germaniae principes ,  
qui iurium memoriam in titulis  
renouant , & ipsi imitarentur ;  
in Germ. Principe Lib. VI. Cap.  
2. p. 65. & seq. Eodem fere  
incidit , quod de ducibus Sile-  
siae vir ampl. FRIDER. CA-  
ROL. MOSER in dem Ver-  
such einer Staats - Grammatic  
Part. II. Cap. 4. p. 274. his e-

narrat verbis : Als Schlesien an-  
noch ganz bey dem kaysерlich-  
oeſterreichischen Haufe war ,  
wurde keinem der ſchleſiſchen  
Fürſten vergönnt , bey dem Worte  
Schleſien die Particul und beyzn-  
fügen , z. E. Dux Silesiae &  
Troppauiae , sondern es durffte  
nur geſetzt werden Dux Silesiae  
Troppauiae , weilen das erſte  
eine Praetentio auf ganz Schle-  
ſien nach ſich zu ziehen ſchiene.

(f) Vide die königlich Preuſ-  
ſiſche Titul - Controuers uegen  
Mecklenburg mit dem Hertzog  
von Mecklenburg - Strelitz in E-  
lector. iur. publ. Tom. II. Part.  
II. n. 9. p. 150. & seq.

de promanare creduntur, pariter quoque fruerentur.

## XI.

DE NON NVLLIS EFFECTIBVS, QVI EX  
EIVSMODI TITVLIS ORIRI DICVN.  
TVR.

Insignes admodum talium titulorum effectus esse (a) late quidem monstrauit, inter eos tamen simul varios perexigui momenti retulit G E R H A R D V S F E L T M A N N . Quodsi ad illorum origines, quales nos exstissem arbitramur, respicere libuerit, eos indolem titulorum, qui cum possessione rerum coniuncti sunt, magnopere imitari patebit. Atque inde omnia fere descendunt, quae de vi atque potestate titulorum sine re leguntur adserta. Quorum ut quaedam recenseamus, ad id reuertimur, quod paullo ante de successionis iure, (b) vsu tituli probando, tradidimus. Eo, quo regiones ad descendentes transmittebantur, tempo-

(a) *de titul. honor. Cap. XXI.* Cap. XXI. §. 20. vbi tamen nul-

(b) G. FELTMANN l. d. las sententiae rationes profert.

re, titulos enatos, & quoties ad istas incrementum accessit, toties hos quoque in signum nouarum possessionum auctos fuisse supra iam non semel monuimus. Quemadmodum postea in partitionibus terrarum illustrium titulus, quo maiores, omnes istas ditiones possidentes, gauisi fuerant, a diuidentibus integer fere retinebatur; ipsis vero prouinciis semel concessa qualitas hereditaria iis semper inhaebat, vt ideo altera stirpe extincta ad alteram omnino deuoluerentur: ita non potuit non titulus, citra rei possessionem ab agnatis interim adhibitus, tamquam indicium iuris aliquando succedendi considerari. Quae licet fortassis ad eos, qui aliunde quandoque titulos prouinciarum sibi vindicant, minus quadrare videantur: attamen, si nec largieris hos, illorum morem imitatos, paria cum iis emolumenta nactos fuisse, id saltim perpendas, quod tituli ex possessionibus prouinciarum, hereditario iure in alios transeuntum, suum duxerint ortum. Siue iam ex iure sanguinis, siue ex aliis causis ius in aliorum ditiones sibi competere contendant, omnes cer-

te non nisi de regionibus istis, possessore tandem  
obeunte, in se transferendis, & proinde de suc-  
cessione adquirenda sunt solliciti, ut adeo he-  
reditarii iuris in his aequae ac in illis titulis  
deprehendantur vestigia. Porro effectum eius-  
modi titulorum in eo collocatum (c) defen-  
dunt, ut terras, a quibus desumuntur, eius  
gentis olim fuisse demonstrent. Verum id ni-  
mis generaliter dictum esse quilibet facile per-  
spiciet, siquidem & ii, qui sibi denuo di-  
tiones comparant, titulos earum, antequam  
possessionem adepti sint, iam solent adscribe-  
re. Ad bona igitur, quae a primo adqui-  
rente ad descendentes sanguinis iure perueniunt,  
eo magis sententia restringenda est, quo mi-  
nus is, qui, v. c. pacto, de successione ini-  
to, alterius prouincias sibi & ex se oriundis  
stipulatus, titulo in antecessum vtitur, villam  
vmquam earum partem re ipsa (d) possedit, &  
quo

(c) IDEM l.d. §. 24. &amp; seq.

(d) Ut patet ex titulo Pome-  
raniae, quo olim Brandenbur-  
gia domus vsa fuit, quum ta-  
men illam nequam posse dis-  
set, usque dum pax Osnabru-gensis item inde ortam compo-  
neret; INSTR. PAC. OSN.  
Art. X. §. 4. & seq. Rem omnem  
enarrat I.O. PETR. A LV-  
DE WIG in Germ. Princ.  
Lib. II. Cap. 2. p. 561. & seq.

CH

quo minus iam eius posteri , dum nomen adseruant , istas ad terras , a familia quondam possessas , referre possunt . Denique rem in titulo commemoratam praescriptionis exitum (e) impedire arbitrantur . Qui enim palam titulum territorii , quod alter bona fide tenet , usurpat , ius , quod sibi in illo adserit , abunde eo ipso declarat . Atque id ita publice possessori denunciari , hic vero simul in mala fide constitui (f) dicitur . Quum autem indoles bonorum clientelarum atque auitorum rarissime inter imperii proceres (g) praescriptionem admittat ; non adeo frequenti ad istam titulorum vim opus erit refugio , cui iam aequa atque aliis , qui titulis tribuuntur , effectibus , nostro argumento parum inferuentibus , non vacamus explicandis .

## XII.

(e) IO. P. A LVDEWIG FELTMANN l. d. §. 2.  
de tit. imp. diff. VIII. not. mm.  
Lib. IIII. opusc. col. 1018. &  
THEODORVS HOE-  
PINGK de insiguum sine ar-  
mor. prisco & novo iure Cap.  
XXII. §. 7. n. 226. & seq. pag.  
1038. col. 2.  
(f) Saepe nominatus G. seq.

p. 96.

(g) Quod eruditissime mon-  
stravit B. IO. AD. KOPP.  
in der Aufführung des Hoch-  
fürstlichen Hauses Hessen-Cas-  
sel Erbrecht auf das Herzog-  
thum Brabant §. 18. p. 39. &

XII.

QVA RATIONE INSIGNIA TERRITORIO.  
RVM SYMBOLA EVASERINT,  
DISQVIRITVR.

Externa illa eminentioris procerum imperii potestatis symbola, quae eorum insignia appellantur, non aliunde quam ab expeditionibus sacris cruce signatis <sup>(a)</sup> trahunt originem. Qui enim iam olim clypei variis picturis ornati conspiciuntur, talia profecto non fuere signa symbolica, certo metallorum, vellerum, colorumque selectu & ordine distincta, qualia ex eo deinceps tempore usque ad nostram aetatem <sup>(b)</sup> insignia repraesentant. Et licet tum

(a) Id clarissime ostendit IOAN. IACOBVS CHIFFLETIVS in Lilio Francico veritate Historica Botanica & Heraldica illustrato Cap. VI. p. 44. & seq. quem reliqui omnes autores sequuti sunt.

(b) Magnum hacc sententia in sigillis reperit praescidum, dum nullum, a quo falsitatis suspicio absit, saeculo XI. antiquus reperire licet, quod in-

signia gentilicia praeferat, ut optime monet vir clariss CHRI-STIANVS HENRICVS ECKHARD in introduct. in rem diplomat. praeceps Germa-nicam procer. §. XI. n. \*, p. II. quocum compares b. IVST. HENNING. BOEHMERVM in diff. de varia irrum. innuat. per expedit. cruce signat. Cap. III. §. V.

quidem principes, Saracenis interitum minantes, eiusmodi sibi insignia eligerent, ut tot gentes, tot domini, tot milites a se inuicem distinguerentur: attamen & mox dignitates sigillatim indicare, in familia permanere, quin & integris prouinciis veluti inhaerere (c) cooperunt. Eumque in finem in ipsa terra sancta defunctorum scuta (d) ad natale referebantur solum, ut posteri iisdem, quibus parentes, armis vterentur; quo factum est, ut in proverbiū (e) demum abiret, *ein ehelich gebohren Kind behalt seines Vaters Heer-Schild.* Deinde quum in eunte saeculo XI. bona clientelaria ad descendentes frequentissime transmittenrentur, liberi que, ad paternas ditiones iam adspirantes, paterna sibi simul vindicarent insignia: haut difficile erit intellectu, qua tandem ratione ista territorium symbola euaserint, & quum gen-

F tem,

(c) Ut docet IO. WILHELMVS WALDSCHMIEDT in diff. de mutatione insign. & signor. S. R. I. Statuum. §. VIII. p. 23.

CHIFFLETIVS I. d. Cap. V. p. 43.

(e) In quod commentatus est IO. NIC. HERTIVS Lib. II. paroemiar. iur. Germ. paroem. VI. Vol. II. Tom. III. c. pufc. p. 398.

(d) Quod adserit IO. IAC.

pufc. p. 398.

tem, intum prouinciarum possessionem indigtarint. Hoc saltim tam verum est, quam quod verissimum, insignia vexillis, quibus feudorum regalium inuestitura peragebatur, fusisse intexta. Talia demum post tempora HENRICI VI., qui legis de beneficiis in posteris transeuntibus auctor exsistit, vexilla deprehendi, luculentis demonstrauit exemplis (f) NICOLAVS HIERONIMVS GUNDLING. Quis vero nescit, sollempni hoc inuestiture actu feudum symbolice traditum intelligi. Tot ideo vexilla praeferebantur, vel saltim tot iis inserebantur insignia, quot quis regiones (g) clientelari nexus tenebat. Inde ergo arma gentilitia iam saeculo XIII. territorialum, quae quis possidebat, facta videntur symbola.

XIII.

(f) In *commentatione de l. d. §. XXVII. p. 66. & feudi vexillis vulgo feudis imperii THEODOR. HOEPINGK regalibus §. XXVI. p. 63. ed. VIII. n. 257. & seq. p. 556, Ien. a. 1740.*

(g) N. H. GUNDLING

## XIII.

DE VSV INSIGNIVM PLVRIVM PROVIN.  
CIARVM ET SIGILLATIM EARVM, QVAE  
NON DVM POSSIDENTVR.

Simul atque igitur quis alias denuo pro-  
uincias adquiliuerat, earumdem quoque in sol-  
lemnri inuestitura mox adhibebantur (a) insi-  
gnia. Et quemadmodum posteriori aetate sin-  
gularum ditionum tituli diligentissima adscribe-  
bantur cura: ita & nouarum (b) accessioni-  
num imagines sedulo exprimi, cum armis re-  
gionum auitarum coniungi, eidemque scu-

F 2

(a) Varias insignium mutatio-  
nes atque incrementa late ostendit laudatus IO. WILHELM  
WALDSCHMIEDT l. d.  
§. VIII. & seq. Interdum &  
insignia propria, vel eorum partes  
cum aliis communicabantur, cu-  
ius rei exemplum praebet Ru-  
pertus senior Palatinus Adolpho  
& Ioanni Comitibus Nassauae,  
Geraci filis, Adolphi regis ne-  
potibus, Spirae a. 1353. insigne  
leonis aurei, inter duo cornua  
galeae impositi, concedens, te-

ste MARQVARDO FRE-  
HERO in origin. Palatin. Cap.  
XIII. p. 118. Tales insignium  
communicationes singularis fauo-  
ris tesseras habitas fuisse monet,  
& plura exempla addit IO.  
NIC. HERTIVS de superio-  
ritat. territor. §. LXXX. opusc.  
Vol. I. Tom. II. p. 253.

(b) Laudatus I. W. WALD-  
SCHMIEDT l. d. §. XV. p.  
42. & 43. & THEOD. HOE-  
PINGK l. d. Cap. XI. §. 3.  
n. 67. p. 733.

to (c) cooperunt superaddi. Insignia enim cum titulis pari passu ambulasse, ubique fere obseruare licebit. Nec aliunde esse opinamur, quod liberi paterna territoria inter se diuidentes, vel integra (d) insignia vel praecipuam (e) saltim eorum partem retinuerint. Similiter apanagatorum insignia aliis quidem coloribus notitiae quibusdam adiectis (f) olim distingue-

(c) Interim domus Austriae non omnium, quibus gaudet, prouinciarum insignia adhibere solet. Huius rei rationes expendit IO. PETR. A LVDE-WIG in Germ. Princ. Lib. I. Cap. VII §. 1. not. a. p. 449, quas ideo adiicere licebit, quod simul ad alios, hunc morem fortassis initantes, quadrent. Ita autem ille: *Aliis principibus solenne est, ut titulus insignibus, insignia titulo ex afo respondeant. Hoc si etiam imitari vellet Austriae, vel ingens spatium requireretur ad pingendum singula sigillatim, euaderet que insigne vel mole sua portentosum, vel in minutissimis figuris, ut vix posset cognosci. Migrant*

*itaque mores Austriae, sicut suntque in suis insigniis potissimum tantum prouinciarum imagines.*

(d) I. W. WALDSMIEDT l. d. §. XII. p. 32.

(e) Id quod variis exemplis probat vir ampl. IO. IAC. REINHARD Tom. I. *Aufführung VI. §. 13. in not. litt. g. p. 312.* Ceterum in mutatiorum causis late inquirit PHILIPPVS IACOB. SPENER in *opere Herald.* Part. I. rot. Cap. 8.

(f) PHIL. IAC. SPENER l. d. Part. I. Cap. 8. §. 7. & 10. Quod enim ad recentiora tempora adinet: omnes eiusdem familiae lineas iisdem insignibus uti solere, praeter EVM-

et

guebantur , ipsum tamen principale symbo-  
lum numquam non fuit adseruatum. Quum  
itaque ex eadem familia oriundi iisdem plerum-  
que armis vterentur , & ad quemlibet eorum,  
suo aliquando ordine successurum , familiae  
bona peruenirent ; insignia aequa ac titulos iuris  
succedendi (g) indicia & effectus esse crediderunt.  
Quorum vestigia iam ii videntur sequuti , qui ,  
accessiones terrarum ex aliis caussis postulantes ,  
de eo , quam maxime fuere solliciti , vt iu-  
rium conseruandorum gratia tam (h) titulorum  
quam insignium usum mox in antecessum ad-  
quirerent.

- EVMDEM ibid. obseruat §. 4. n. 293. & seq. p. I.  
 GEORG. HENRIC. SPENER l. d. Part. I. Cap.  
 SPRINGSFELD de apa- I. §. 34. & IACOB THEO-  
 nacio Cap. XI. n. 88. p. 186. PHILVS LINCK in diff.  
 Adde IACOB. MENOCHI- de probat. per arma & insignia  
 VM de Gallie more loquen- gentilitia Cap. III. §. 5. Addas  
 tem Consil. 1261. n. 9. Tom. denique IO. PETR. A LV-  
 XII. p. 183. DE WIG in Germ. princ. Lib.  
 (g) Insignia iuris succeden- II. Cap. II. p. 181.  
 di documenta esse tradunt T. (h) Compara , si lubet , §. X.  
 HOEPINGK l. d. Cap. VIII. supra.

XIII.  
EXSPECTATIVA IN FEVDA IMPERII IVS  
TITVLORVM ATQVE INSIGNIVM  
NON TRIBVIT.

Perlustrata iam exspectatiuae in feuda imperii natura atque indole , perlustrato itidem titulorum & insignium vsu ; reliquum est , vt in id inquiramus , num ex illa concessa ius titulorum atque insignium promanet. Id quidem effectibus , ex impetrata exspectatiua descendantibus , accensere haut dubitauit (a) vir amplissimus IOANNES IACOBVS HELFFRICH; at magnopere vereor , ne non haec sententia omni prorsus fundamento sit destituta. Certe si ad indolem exspectatiuae respicere libuerit , res se omnino secus habebit. Quandoquidem enim omnis exspectatiua ius ad rem conditionale producit , quod exsidente demum ad perturae euentu suum fortitur valorem : sequatur necesse est , vt , quam diu pendet ista conditio , ius quoque exspectatiuarii illustris pari-

(a) In diff. de casibus potioribus exspectatiuae cum- primis in feuda imp. R. G. §. XXXII. p. 32.

pariter atque eius exercitium (b) suspensa manent. Quum itaque interim , antequam feudum imperatori atque imperio fuerit adpertum , nullum eidem ad illud petendum nascatur ius , quin potius dubium videatur atque incertum , num data exspectatiua ipsi umquam sit profutura : eo minus sane feudorum titulos atque insignia in antecessum usurpare poterit , quo magis eorum usus vel ipsam territoriorum possessionem innuit , vel saltim ius in iis iam adquisitum , & proinde reale (c) indicat atque inuoluit. Quis quaeſo negabit ius , quod cuidam ad rem competit , non iisdem gaudere effectibus , qui ex iure in re solent oriri ? Ius quod exspectatiua in feuda imperii tribuit , non aliud est , quam ad rem conditionale. Ius contra titulorum atque insignium , quibus , vel propter utile regionum dominium , vel propter ius , ex prouidentia maiorum sanguinisque beneficio enatum , ad istas quandoque adſpirandi , vtuntur , non nisi ex iure in re trahit originem ,

siqui-

(b) Compara §§. V. & VII. (c) Prout pluribus probare haec tenus conati fuimus.

siquidem dominium & ius hereditarium inter species iuris in re locum tenere nemo ignorat. Qua igitur ratione exspectatiuarius illustris titulos sibi vindicabit atque insignia, qui non ius in re, verum ius ad rem, & ne hoc quidem purum, sed ad euentum aderturae restrictum, fuit consequitus? Nihilque refert, vtrum exspectatiua sit determinata, an indeterminata. Neutra vasallo ius in ipso imperii feudo concedit, sed illud existente demum conditione adipiscendi facultatem largitur. Neutra ergo dominium clientelare tribuit, sed die tandem veniente istud ab imperatore exigitur, adeoque neutri exspectatiuariorum iuris in re effectibus interim frui licebit.

## XV.

## OBSERVANTIA IMPERII R. G. HVIC SENTENTIAE ADSTIPVLATVR.

Quae quin in ipsis rerum argumentis obtineant, nullum plane est dubium. Quamquam enim sibi quis facile persuadere posset, ac si alia omnia in viridi vigeant obseruantia, quum

quum tot S. R. I. principes iuris, ex exspectatiua descendantis, in titulis pariter atque in insignibus mentionem iniiciant: attamen hunc morem, aliis plane praesidiis munitum, non ubique obseruari, quin potius longe plura eorum, qui illis non vtuntur, exempla extare experientia teste edocemur. Augultae domui Brandenburgicae in feuda ducum Brunsvicensium & Luneburgensium (a) MAXIMILIANS II., in ducatum Holstiae (b) MAXIMILIANVS I. in terras quasdam (c) Anhaltinas & prouincias comitum Limburgi (d) LEOPOLDVS imp. exspectatiuas concessit. Porro familia augusta Saxonica in feuda (e) Fride- rici Vlrici, ducis Brunsvicensis, & comitum Hanouiae ac Schvartzburgicorum (f) a FER-

(a) Teste CHRISTOPH. HERMANNO SCHWE- DER in theatr. hist. prae- tens. & controvers. illustr. T. I. L. II. sect. VII. Cap. 21. p. 491.

(b) IDEM ibidem Cap. 23. p. 491. ubi se id ex archi- uo regio accepisse tradit, quem alii CAROLVM V. exspectatiuae auctorem nominent.

(c) ID. ib. Cap. 22. p. 491.

(d) ID. ib. Cap. 13. p. 433.

(e) Salvo iure, quod Bran- denburgicis ex exspectatiua esset quaelitum, ut docet C. H. SCHWE DER l. d. T. II. L. III. sect. XXXIII. subsect. I. Cap. 6. p. 460.

(f) ID. ib. Cap. 2. p. 445. & Cap. 14. p. 476.

50 NVM EXSPECTATIVA IN FEVDA IMP.

DINANDO II., in ducatum Lauenburgicum (g) a MAXIMILIANO I.; in principatum Anhaltinum (h) a FERDINANDO I.; & linea Ernestina in comitatum Isenburgicum & Budingensem (i) a RYDOLPHO II. exspectatiwas acceperunt. Eodem iure Fridericus dux Megapolitanus a MAXIMILIANO I. impetravit, ut aliquando in semislem (k) landgrauiaius Leuchtenbergensis succederet. Complures alios, exspectatiwas in feuda imperii adeptos, ex *theatro praetensionum*, quod CHRISTOPHORVS HER-

MAN-

(g) ID. ib. *Seet.* XXXIII. *subseet.* 2. *Cap.* 1.  
*Cap.* V. p. 440. adde supra §. VII. in *not.* *litt.* b.

*Seet.* XXXIII. *subseet.* 2. *Cap.* 1.  
p. 488.

(h) ID. ib. *Seet.* XXXIII. *subseet.* I. *Cap.* 14. p. 459. Feuda tamen, quae Anhaltini ab ecclesia Magdeburgensi repetere solebant, a Friderico Wilhelmo electore Brandenburgico per paclum, a. 1681, cum Ioanne Georgio principe Anhaltino institutum, ab hoc vinculo iam soluta, exspectatiwas iure Brandenburgicis adjuente LEO POLDO promista fuerant, vid. EVMD. T. I. L. II. *Seet.* VII. *Cap.* 22. p. 491.

(k) Semislem enim aerario imperii reservarat. Postea tamen Megapolitanis non profuit exspectatiua, siquidem Maximiliano Adamo, ultimo familiae Leuchtenbergensis a. 1646. obiuncti, Albertus Bavariae dux, qui eius sororem in matrimonio habebat, succedit; eiusque stirpe Maximiliani Philippi, procriptionem imperii passi, morte extincta in principem Langerensem a IOSEPHO landgrauiaius collatus fuit. Rem enarrat laudans SCHWEDER ib. Lib. III. *Seet.* XXIII. *Cap.* 2. p. 268.

(i) ID. ib. T. II. L. III.

MANNVS SCHWEDE R cum orbe erudito comunicauit , haut diffici li negotio (1) colligere licet , nisi ex illorum , quos modo recensimus , exemplis obseruantia imperii R. G. abunde pateret . Haec saltim intuentes , ad ea , quae veluti quotidie oculis nostris solent obuersari , simul respiciamus ; istosque exspectatiuarios illustres nec titulos feudorum sibi tribuendos , nec eorum insignia suis iungenda curare statim animaduerte mus . Quae itaque dum in plurimis specialibus exemplis deprehendimus , ex iis non immerito vniuersalem hanc propositionem eruere videmur , quod scilicet sola exspectatiua in feuda imperii usum titulorum atque insignium non soleat impertire .

## XVI.

EAQVE IVR. PVBL. INTERPRETVM AD-  
SENSV CONFIRMATVR.

Ne tamen ea in re genio nostro nimis indulsisse aestimemur , virorum publici iuris pe-

G 2

ritif-

(1) Adeas interim vir. ill. in diff. de exspect. in feud. imp.  
IOAN. IACOB MASCOV §. V. & seq. p. 7. & seq.

ritissimorum ad sensum in medium proferamus  
necessa est.) Neque hunc nobis praebere recu-  
sat IOANNES PETRVS A LVDEWIG, qui,  
de titulis in pactis successoriis & exspectatiis  
non numquam adhibitis (a) commentatus,  
„inde est, ait, „quod illa quandoque ter-  
ritoria in titulo adhibeantur curiali, in quae  
„principi vel pacti successorii aliqua spes est vel  
„exspectatiuae. Exemplo sit in Austriaco  
„titulo ducatus Wurtenbergicus. Alia con-  
gessit FELTMANNVS de tit. hon. c. 21. 22.  
„§. 22. Quod tamen alii imitari negligunt,  
„QVORVM MVLTITVDO FACIT REGVLAM.  
Vbi quamquam de insignibus nihil addiderit;  
eadem tamen de his, pari cum illis passu am-  
bulantibus, omnino valebunt. His quoque  
quodam modo suffragatur (b) AVCTOR ELE-  
CTOR. IVR. PVBLICI, cuius verba ipsa au-  
dire non erit iniucundum. Is ita: *Es ist*  
*unter grossen Herren, Koenigen und Fuersten,*  
ab-

(a) In diff iur. Rom. & Germ. in titulo imperiali diff. VIII. §. 7. not. nn. Lib. III. opusc. miscell. col. 1019.

(b) Tom. II. Part. II. Fast. VIII. in praefat. p. 146. & 147.

absonderlich aber im Rœmischen Reich nichts ungewöhnliches, dass dieselbe die Lande, vorauf sie eine Praetension haben, in ihre Titul setzen. Die Exempla sind bekannter, als dass es nächtig wvare, solche anzuführen. Nicht allein aber wvird diessfalls auf solche Praeten-siones gesehen, welche ein oder der andere als gegenwärtig und schon erschienen achtet, sondern auch auf die, welche nur in euentua-lem Anwvartungs-Recht beruhen. Doch ist die Gewohnheit in diesem letzten Fall nicht vniuersaliter gebrauchlich gewesen, und wvird von einigen der Titul solcher anwvartenden Lan-de gebraucht, von andern nicht. Dein qui-dem pergit: eine Regel in der Sache zu ge-ben, dærffte wvol schwver fallen, eben dar-um, wweil die Obseruantz darinn ungleich im Reich angemercket wvird; verum si exspecta-tiuariorum illustrium exempla perlustraturus fuisset, non tantum plerosque a titulis, adde,

G 3

&amp; ab

& ab insignibus abstinere , sed & omnes , qui istis vtuntur , non ex ipsa exspectatiua quin aliunde potius id sibi ius vindicare , adeoque illorum numerum obseruantiae regulam formare , facili negotio intellexisset.

## XVII.

ALIISQVE ARGUMENTIS ILLVSTRA-  
T V R.

Non parum roboris nostrae sententiae inde praeterea accedit , quod in pactis de successione feudali initis , quae confraternitates adpellantur , mos titulorum atque insignium gerendorum non sit vistatus. Id quod suis demonstrant exemplis familiae Augustae , Brandenburgica , Saxonica atque Hassiaca. Neutra earum curam titulorum habet atque insignium , vt vt talem (a) pactionem iam dudum secum inuicem conflauerint. Immo si vel maxime imperatoris confirmatio , quae nec illis deest ,

(a) Legas , si lubet , quae de Lib. II. Sect. VII. Cap. 14. p.  
hac confraternitate differit C. H. 436. & T. II. L. IIII. Secto  
SCHWEDER l. d. Tom. I. XXXIII. Cap. 2. p. 432.

fuerit subsequi; ne tunc quidem aliter res  
sepe habebit. Etenim dominus, cui inuito va-  
fallus obtrudi nequit, conuentionem adproban-  
do in id tantum consentit, vt alter, alterius  
stirpe exstincta, eius feuda adquirat, in eum-  
que, quo haec conditio exstiterit, euentum  
feudi collationem promittit. Ius ergo quod pa-  
cifcenti inde enascitur, non aliud est, quam  
ad rem conditionale, quod iam titulorum at-  
que insignium usum, quem ius in re produ-  
cit, nequaquam largiri poterit. Ac vero ex  
confraternitatibus ductum argumentum (b) ad

(b) Quamobrem in lite, und in denen bekannten Erb-  
quae inter potentissimum Prüs- Verbrüderungen selbst nicht ge-  
siae regem & ducem Strelicensen gewöhnliche Art und Weise - an-  
de titulis & insignibus Megapo- nehmen; quea verba leguntur, in  
litanis agebatur, hic quoque a dem Memorial und Protestation  
confraternitatibus ad expsectati- ihrer Hochfürstlichen Durch-  
vias argumentatus est, dum in- lauchtigkeit zu Mecklenburg-  
quit: daß Ihre Käenigl. Majestet und Dero Marggraeflichen Strelitz &c. &c. an die Hoch-  
Stammes Collateral-Agnaten Lbd. Lbd. das Wapen des Fürstlichen läbliche Reichs-Versammlung, die  
Hauses Mecklenburg, zwegen Käenigl. Preußischer und Hoch-  
einger im lediger Gottes Handen fürstl. Brandenburg-Culm- und  
und vielleicht noch in weiter Onolzbachischer Seits angemasse-  
Hoffnung bestehender Anvar- te Führung des Hochfürstlichen  
tung, auf eine solche bisher Mecklenburgischen Tituls und  
im Heiligen Römischen Reiche Wapens betreffend in eleit. zur.  
publ. l. d. p. 152.

exspectatiuas feudales eo tutius adplicatur , quo  
adcurius vtraque conuentio in eo conspirat ,  
quod non nisi sub conditione contrahatur . Quid?  
quod conditio , quae exspectatiuae determina-  
tae adiicitur , dum v. g. sub futura vasalli re-  
futatione indulgetur , ratioris plerumque euen-  
tus est , atque ideo plus omnino spei in se  
continet , quam ullum confraternitatis pactum .  
Quodsi denique exspectatiua in tale feudum con-  
cessa fuerit , quod superiorem quamdam , qua  
exspectatiuarius nondum gaudebat , dignitatem  
habet adnexam ; eius titulos atque insignia  
sibi ipsi (c) vindicare eo minus licebit , quo  
magis alioquin imperatoris iura inuaderet . Cer-  
te omnes , qui proceres imperii cooptantur ,  
aut ad superiores ordines euehuntur , sicuti  
ipsam dignitatem ab imperatore & quodam-  
modo ab imperio obtinent , ita & eiusdem  
notas & symbola ex eodem fonte recipere o-  
portere inter omnes constat .

(c) IO. WILH. WALD- 19. & AVCTOR. elect. iur.  
SCHMIEDT l. d. §. VII. p. publ. l. d. in praef. p. 149.

XVIII.

## XVIII.

QVOTIES INVESTITVRA EVENTVALIS AD  
EXSPECTATIVAM ACCEDIT, IVS TITV-  
LORVM ATQVE INSIGNIVM INDE  
DERIVARI POTERIT.

Quamquam itaque exspectatiuario illustri nec  
indoles negotii, nec obseruantia imperii vsum  
titulorum atque insignium largiantur: haut ta-  
men plane desunt eorum exempla, qui nomi-  
na ac symbola feudorum, in quae exspectati-  
uas adepti sunt, suis iungenda curare solent.  
Haec vero sententiae veritatem non videntur  
imminuere, siquidem, vt supra saepe mo-  
nuimus, non ex ipsa exspectatiua feudal, sed  
ex fundamentis longe aliis promanant. Inue-  
stitura euentualis, qua non numquam exspe-  
ctatiua munitur, inter ea primum meretur lo-  
cum. Neque tunc fere res aliter sese habere  
potest, dummodo eam huius inuestituae in-  
dole dimetiri volueris. „Inuestitura enim, vt  
verba viri illustris GEORGII LVDOVICI BOEH-  
MERI (a) nostra faciamus, „qua dominium  
H client-

(a) In egregio libro de indo- §. LVIII. p. 82. & §. LVII.  
le & nat. exspect. & inn. feud. p. 81.

## 58 NVM EXSPECTATIVA IN FEVDA IMP.

„ clientelare eiusdem rei alteri , vna cum va-  
 „ sallo possessore , non nisi in euentum , quo  
 „ vasallus possessor defecerit , confertur , si-  
 „ multanea euentualis , vel simpliciter euen-  
 „ tualis vocatur . Sicuti iam per omnem in-  
 uestituram dominium vtile , & per simultane-  
 am condominium clientelare adquiritur : ita  
 & per inuestitutam euentualem condominium  
 um feudi euentuale , scilicet in adperturae euen-  
 tum , a domino in coinuestitum transfertur .  
 Quamobrem haec aequa ac quaelibet alia in-  
 uestituta interuenientibus (b) symbolis traditis-  
 que olim vexillis , quibus (c) insignia fuerant  
 intexta , peragebatur . Nullum itaque super-  
 est dubium , quin haec inuestitura , si ad ex-  
 spectatiuam acceperit , quum dominium euen-  
 tuale , adeoque ius in re tribuat , eius quo-  
 que producat effectus , vt exspectatiuario , siue  
 potius euentualiter inuestito (d) titulos sibi at-  
 que

(b) Ill. G. L. BOEHMER I. d. §. LVIII. p. 104.

(c) Vid. supra §. XII.

(d) Hinc ergo familiae au-  
 gustae Saxonica atque Hassia-

ca , quarum confraternitatis pa-  
 cta euentuali inuestitura a CA-  
 ROLO III. firmata sunt , al-  
 terius prouinciarum titulos & in-  
 signia eo maiori iure sibi tri-  
 buere

que insignia vindicare liceat. Inde est, quod familia augusta Saxonica ducatum Iuliae, Cluiae & Montium titulis vtatur atque insignibus. In Iuliam & Montes iam a FRIDERICO III. a. clo cccc LXXXIII. Albertus dux expectatiuam acceperat euentuali inuestitura (e) munitam , quam dein MAXIMILIANVS I. a. clo cccc LXXXVI. & clo cccc LXXXXV. confirmavit , & ad Ernestum fratrem extendit. Et quamvis postea , Guilielmo a. clo lo xi. obe-

H 2

unte,

buere possent ; quo clarioribus verbis eorum vnum in ipsis litteris imperator indulsit , dum ait : vnnd auch an iedvveder Seiten die Wappen, Insigel vnd Banire zu einem evvigen Vrkund solcher rechten vnnd Mierbschaft vnnd Gemeinschafft in Schimpff, Ernst vnnd allen Sachen, Enden vnd Stadten fuhren, tragen, sich darvon schreiben, nennen, vnnd auch derer offentlichen gebrauchen sollen vnd magen, in aller der massen, als ob ieglicher Theil vnder ihn zu des andern Furstenthümben, Graffschaffen, Herrschaffen, Landen, Stadten, Veste, Bur-

gen, Leuten, Gütern vnd Zugehörungen, von rechter natürlischer vnd erblicher Geburt, vnd von Vetterlichen Gesippe , darzu vveren geboren ; vid. Kayser Carols des vierdten confirmation und Lebenbrieff über die Erbverbrüderung der Heuser Sachsen vnd Hessen sub dat. an S. Lucien tag, a. 1373. in ACTIS in Sachen die Fürstl. Marpurg. Succession belangend Giesse 1615. in fol. impressis ibique in docum. ad deduct. causae principal. litt. H. p. 28.

(e) Diploma exhibet IO. LIMNAEVS iur. publ. T. II. L. V. n. 12.

unte , eius gener Ioannes dux Cliviae prouincias occupasset : ius tamen gentis Saxonicae in pactis dotalibus filiae Sybillae , cum Ioanne Friderico electorali tum principe initis , agnatum , quin & spes successionis in terras Clivenses eidem subiuncta fuit. Quae pacta a. c. 15 XXXXIII. CAROLVS V. habuit (f) rata , & Ioanne Guilielmo vltimo duce defuncto RVDOLPHVS II. demum a. c. 15 CX. domum Saxoniam de (g) ipsis ducatibus inuestiuit.

XVIII.  
ALII EXSPECTATIVARII ILLVSTRES, QVI  
TITVLIS ATQVE INSIGNIBVS VTVNTVR,  
PACTO VEL TRANSACTIONE PLE-  
RVMQVE ID SIBI IVS STIPVLA-  
TI SVNT.

Denique ius titulorum atque insignium frequentissimam ex pacto vel transactione duxit origi-

(f) Rem enarramus ex C. cui titulus : Gründliche Information des Hauses Sachsen Ge-  
H. SCHWEDERO l. d. T. II. Lib. III. Sect. XXXIII. rechtsame an die Herzogthümer Jülich , Cleve und Berg in adp.  
Cap. I. p. 424.

(g) Litteras habes in scripto, doc. n. XVII. p. 143.

riginein. Etenim vel ipsa conuentio, qua exspectatiua litium componendarum cauſa fuit introducta, eorum concedebat vſum, vel, dum illam imperator indulserat, poſtea de niue exspectatiuarius iuſtis eumdem ſibi a poffeffore ſtipulabatur. His itaque fundamen tis pleraque exspectatiuariorum iuſtium inni tuntur exempla. Ita Ioachimo electori Bran denburgico (a) transactio, cum Georgio & Barnimo a. Cl̄o Iō xxviii. inita, exspectatiuam in vniuersam Pomeraniam & ſigillatim ius titulorum atque insignium (b) tribuebat. Eadem familia auguſta iam inde ab a. Cl̄o cccc xxxxi. in ter-

## H 3

ras

(a) Iam a. 1330. LVD O V 1 C V S Bauarus inter filium Ludouicū Marchionem Brandenburgicū & Barnimum III. ducem Stettinensem ita lites compofuit, vt defcientibus maſculis heredibus in ducatu Stettinensi Marchiones Brandenburgenses ſuccederent. Quod quum a. 1464. contingere, & ul te rioris Pomeraniae Duces feuda agnatorum ſibi vindicarent; pax a. 1499. condita ideo ſanciu it, vt vniuersae provinciae exspecta-

tuae iuri ſubeffent, vt refert. I. P. A LVDEWIG in Germ. Prince. L. II. c. 2. p. 562. & 563. Transactionem exhibet IO. CHRISTIAN LVNIG in Reichs-Archive Part. Spec. Cont. II. Abtheil. III. Abjcb. III. p. 236.

(b) Inde & pax Osnabrugensis titulorum atque insignium Pomeraniae vſum domui Brandenburgiae reſeruavit; vid. IN STR. P. O. Art. X. §. 11.

ras Megapolitanas exspectatiuam (c) adquisiuit,  
quae, quum non nullae prouinciae, Suecis cœssac,  
principatibus (d) Suerinensi & Ratzeburgensi Me-  
gapolitanis compensarentur, & in hos quoque  
(e) fuit extensa. Titulis autem atque insigni-  
bus (f) anno demum cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> cc viii. , quo poten-  
tissimus Prussiac rex FRIDERICVS cum duce  
Suerinensi Friderico Guilielmo ea de re pactum  
conflabat, domus augusta Brandenburgica (g) vti-

coe-

(c) Origines huius exspecta-  
tiuae exhibet die kurtze vnd  
documentirte Information von dem  
Vrsprung und Verfolg des Kæ-  
niglich Preußischen vnd Marg-  
graflich Brandenburgischen Euen-  
tuall Successions-Recht an den  
samtlichen Mecklenburgischen  
Reichslehen, apud ANTON.  
FABRVM in der Staats-Cantz-  
ley Tom. XIII. Cap. I. p. 1.  
& seq.

(d) INSTR. PAC. OS-  
NABR. Art. XII. §. 1.

(e) Vid. Extract aus Kaysers  
Leopoldi confirm. general. vom 24.  
Sept. 1661. & Extract aus dem  
Kayserl. Haupt- oder General-  
Reschitzenbrief Churfürst Frie-  
derich Wilhem zu Brandenburg

erheilt, in der Staats - Cantzley  
l. d. p. 127. & 129.

(f) Vid. Cop. Schreibens von  
Ihro Kœnigl. Maiestat in Preu-  
sen an des Herrn Hertzog Adolph  
Friederich zu Mecklen-  
burg-Strelitz Durchlaucht sub  
dat. Oranienburg d. 20. April.  
1708. in der Staats - Cantzley  
l. d. p. 36.

(g) De titulis atque insigni-  
bus Frisiae orientalis, exspecta-  
tiuae iure a. 1694. a LEO-  
POLDO in familiam Aug.  
Brandenburgicam collatae, ni-  
hil addimus, quum ea in re  
nobis otium fecerit vir. ill. IO.  
IAC. MOSER in der Einleis-  
ting zum Reichshoffraths-Proces-  
T. I. p. 412.

coepit. Similiter controversiae (h) inter serenissimas familias Hassiacam atque Nassauicam de Comitatibus Cattimeliboci & Deciae olim agitatae, per Ottonem Henricum Palatinum, Augustum electorem Saxonum, Guilielmum ducem Iuliac & Christophorum ducem Wurtembergiae a. clo Io LVII. ita fuere sublatae, vt ad fere missimam gentem Nassauicam, stirpe masculina Hassiaca quandoque intereunte, vel superior vel inferior comitatus Cattimelibocensis deuoluere tur, titulorum vero atque insignium vus (i) utriusque eset communis. Pari denique ratione serenissimi landgrauii Hasso Darmstadini quum ipsam exspectatiuam tum titulos atque insignia comitatum Ilenburgici & Budingesis adepti sunt. Iam quidem (k) a. clo Io c xxxv. Georgius

(h) Earum fundamenta leguntur in IO. WILH. IM-  
HOFII notit. S. R. I. procer.  
Lib. III. Cap. VII. §. 3. &  
seq. p. 240. & in consil. Mar-  
purg. Vol. II. Cons. V. p. 11. &  
seq. quod IOAN. OLDEN-  
DORPIVM auctorem agnoscit.

(i) C H R. H E R M.

SCHWEDER in theatr.  
praetens. Tom. II. Lib. III. Sect.  
XXVI. Cap. I. p. 297.

(k) Darmstadini a. 1600.  
partem quamdam ditionum Ilen-  
burgicarum ab Henrico Comite  
emtionis titulo iam adquisuerant.  
Vetus agnati hanc alienationem,  
tamquam pactis familiae contra-  
riam,

orgius II. landgrauius Darmstadiensis ditiones Isenburgicas , quarum possessores criminis lae-  
sae maiestatis & fractae pacis tum temporis  
rei postulati & damnati fuerant , a FERDI-  
NANDO II. sollemni uestitutae ritu accep-  
pit ; sed in comitiis Ratisbonensibus a.  
clo Id c xxxxii. adnuente FERDINANDO III. de  
iure suo cum Isenburgicis transigens , ditiones  
omnes , si a quibusdam locis discesseris , iis-  
dem restituit , sibique & posteris exspectati-  
vam (1) dumtaxat vsumque titulorum at-  
que insignium reserua-  
uit.

NOBI-

riam , impugnantes item illis in  
camera Spirensi inferebant . Vbi  
licet a. 1610. obtinerent , Darm-  
stadini tamen , revisionis remedio  
vtentes , in possessione permane-  
bant ; teste I. W. IMHOFF l. d.  
Lib. VI. Cap. 7. §. 5. p. 407.

(1) C. H. SCHWEDER  
l. d. Tom. II. L. III. Sect.  
XIII. subsect. 2. Cap. 1. p. 204.



NOBILISSIMO DOCTISSIMO  
MOQVE  
IOHANNI LAMBERTO LAMERS,  
IVVENI VIRO AD PRAECLARA QVAEVIS  
ADSVRGENTI  
S. D. P.  
IOHANNES HENRICVS SCHRAMMIUS,  
TH. D. ET PROF. PRIMAR. CONSIL. ECCL. ET SVPERINTENDENS.  
ACAD. SENIOR ET H. T. PRORECTOR.

Scriptis in publicum prodire tum demum laudabile, & honorificum, quando non nunguis, non crambe saepicule ad taedium usque recocita, charta oneratur, & tandem tinearum fit pabulum. Scilicet insanabile scribendi cacoethes ita inualuit, ut multi folia, ineptis referta somniis, paullo sagacioribus & doctioribus ridenda exponere non vereantur, hunc esse opinantes verum inclarescendi modum. Tu, nobilissime LAMERS, alia esse incedendum via recte indicas. Elegisti Tibi uti studiorum hactenus ducem felicissimum, ita nunc praesidem, virum celeberrimum, Afraeae suam in hac Academia gloriam restituere laborantem, & disputationis insigne

gne argumentum, rarum, & forte numquam  
adhuc tentatum, ex quo uti in ius publicum in-  
signe commodum, ita in Te apud doctos existi-  
matio dimanare potest. De insigium &  
titulorum iure agentes, non steriles tractatis  
quaestiones: num eorum usus ex exspectati-  
ua in feuda imperii descendat, an ex aliis  
demum fundamentis promanet? Quod insti-  
tutum magno expedit opere, laudibusque ple-  
nun est; nec modo iucundum, sed & fructuo-  
sus; Tibi quoque, vir iuuenis doctissime, insi-  
gnia adfert ornamenta, vel potius ea auget, quae  
iam tum Berolini, Marburgi, & in hac Aca-  
demia, honestis rebus, singulari diligentia, mo-  
destia, morumque elegantia, ad multorum, stul-  
titia suam fortunam decoquentium, inuidiam  
Tibi parasti. Gratulor hos conatus, & video,  
datum esse virtuti Tuae locum, ut maiora in  
hoc gloriae curriculo facias spatia, atque hoc  
ipso insignibus Tuis gentilitius augmentum ad-  
quiras. Vale florentissime, mihiique amicissime  
LAMERS, atque res Tuas age feliciter.  
D. Herbornae ipsis Kalendis Augusti clo 10 ccl  
-liti uotatiusq[ue] & iustitiam ornatissimis iuris  
exp[er]tis

I  
PRAE-

PRAENOBILISSIMO ET DO-  
CTISSIMO  
RESPONDENTI,  
IVRIVM CANDIDATO DIGNISSIMO  
S. P. D.  
PRAESES.

**E**x eo statim tempore, quo misis Marburgen-sibus nomen dedisti, mi suauissime L A M E R S, non potui non paeclararam Tuam indolem, atque incredibile discendi studium, cum summa modestia morumque probitate coniunctum, & admirari & amare quam maxime. Spem, quam tum de TE concipiebam, mox auxit singularis Tua diligentia, quam ad legitimam scientiam ex veris fontibus hauriendam dies noctesque contulisti. Mihi, ius civile pariter ac canonicum, atque historiam regni imperiique Romano Germanici explicanti, tantum dedisti operae, ut paucos inter committones habueris pares, superiorem omnino neminem. Nec sane ullum verbum praeterire passus es, quod non Tuo iu-

dicio probe ponderasses. Quo magis TIBI quid dubium, quo magis quid penitus reconditum videbatur; eo ampliorem ad id cognoscendum adhibuisti curam, eoque saepius ulteriores illorum explanationes a me desiderasti. Eruditionis, tantis laboribus partae, specimina mihi obtulisti plane egregia, quum, me ad hanc musarum sedem sequutus, in recensendis actis & concipiendis sententiis quotidie TE exerceres. Iam & publicum accedit industriae documentum, vel eo nomine in primis laudandum, quod insignes Tuos, quos in studiis historiae Germanicae fecisti, progressus ubique prodat. Non sane humanitatis sensu tangi viderer, nisi maximam inde caperem laetitiam, TIBIque tale ingenium, illustri AVO talem nepotem, mihiique talem auditorem ex animo gratularer. Aegre TE quidem ex meis dimitto amplexibus, attamen TE votis prosequor abeuntem, Deumque supplex veneror, ut TE saluum seruet atque felicem, omniaque ex voto TIBI succedere iubeat. Vale, & quocumque nos fata trahant, me amare perge. Dabam Herbornae ad. d. III. m. Augusti. A. R. S. c<sup>l</sup>o l<sup>c</sup>l.

ULB Halle  
006 398 758

3



X 2203495

56.

KD 17  
VD 18





NVM EXSPECTATIVA IN FEVDA IMPERII  
IVS TITVLORVM ATQVE INSIGNIVM  
TRIBVAT?

502

1750,1 b

A3

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DOMINO GVILIELMO V.**

PRINCIPÆ ARAVSIONENSI ATQVE  
NASSAVICO HEREDITARIO, RELIOVA.

PRAESIDE  
**DIETER. CHRISTOPH. IHRINGK,**

IVR. DOCT. ET PROF. ORD.

PUBLICE DISQVIRIT

JOANNES LAMBERTVS LAMERS,  
VESALIA CLIVENSIS.



AD D. VI. M. AVGUSTI A. R. S. 1550.

HERBORNAE, EX OFFICINA REGELINIANA.

